ARETALOGIÆ
LIBELLVS
A. R. P. M.
IOHANNE BAPTISTA
Irriguo Florentino,
Regente S. Spiritus, Florentię Compositus.
DEXTERA DOMINI FECIT VIRTVTEM.




Florentiæ, Apud Franciscum Tosium. MDXCI.
Cum Licentia Superiorum.

ILLVS.^MO AC. RE.^MO

D. GREGORIO ELPARENSI.

S. R. E. CARDINALI AMPLISSIMO.

F. Iohan. Bap. Irriguus Flor. Perennem prosperitatem exoptat.





VAMVIS Arist. dicat 2. metaphy. 16. quod certitudinem mathematicam non oportet incunctis quærere; sed in his quę non habent materiã: Ego tamẽ breuitate perspicua magnopere lętor, & methodo mathematicorũ vtentes aliqua laude dignos esse reor, cum teste comentatore. 1. de anima. 1. mathematicæ scientiæ sint in primo gradu certitu-

 dinis

dinis, & naturales fequntur eas. Sapientia enim in rerum caufis rite ab intellectu perceptis potiusquam in longo verborum ambitu confiftere mihi videtur, ex quo eos peritos homines arbitror cæteris præferẽdos, qui cuiufqũq; rei definitionẽ exactam (fi fieri poteft) aut faltem notiones aliquas atq; diftinctiones, & per caufas adæquatas propria & infeparabilia accidẽtia feu proprietates probãdo cõgruenter afsignant. Definitio enim declarat effentiã rei, de qua philofophus loquẽs. 1. pofter. 22. textu fic ait. Definitio aut eft demõftrationis principiũ, aut demonftratio pofitione differens, aut conclufio quę dam demõftrationis, Diftinguere autem ut idem Ariftoteles inquit 10. Eth. cap. 1. non eft multitudinis imperitæ, & 1. polit. cap. 1. dicit. cõpofitum vfq; ad incompofitum diuidere neceffe eft. Ego itaq; hãc methodum in philofophia morali confiderans iftum aretalogiæ libellum compofui, in quo vnufquifq; poterit; verborũ ambagibus, & quæftionibus deuitatis; non folum præcipuarum virtutũ defcriptiones,

diftin-

distinctiones, proprietates,& effectus bre uiter facileq; cognoscere, verum etiam ita mores suos componere,vt per uirtutes bonus effici moraliter valeat,& beatus tã dem diuinitus fieri mereatur. Quoniam autem magnam felicitatis partem esse puto sublimium virorum beneuolentiã saltẽ si non amicitiam aliqua virtute promeritam sibi conciliare, ideo amplitudini tuæ Inclyte Prçsul,hoc meum opusculũ censui iure optimo esse dicandum. Nã tu decus eximium es Augustinanç religionis, cui Syxtus Quintus Pontifex Opt. Max. tota prç lçtitia gestiente propemodũ christiana republica cardineam contulit dignitatem, & sacra tua tempora iussit insigni tiara in hac florenti vrbe florentiæ redimiri ac decorari. Quod factum est in Sãcti Spiritus templo corã Serenissimo Ferdinando Med. Ethruriæ Magno Duce, astantibus Tusciæ cũctis ferè proceribus (ne singulos nunc enumerem) vij. idus Februarij M. D. X C. Ego itaq; vna cũ cæteris nostri ordinis patribus præ gaudio exiliui, cum nunquam antea cænobium

istud in quo fui educatus & altus fuerit tantopere illustratum, cuius gymnasio me benignitas tua præfecit. Ne igitur ingrati animi vitio sim notandus, huius libelli munus exiguum, claritati tuæ offerre decreui, ex quo maximam capient, si recte animaduerterit eidem studentes vtilitatẽ. Nam quadraginta notiones cuiuscunque præcipuæ virtutis proposui, quarum vna poterit ex toto vel ex parte per alteram ratiocinando probari, proprietates autem atq; effectus poterunt necessario per quãlibet notionem recte arguendo concludi. Vnde hac methodo syllogizandi vtentes, si non demonstrationem exactam; habebunt saltem facultatem, per quandam similitudinem moralia demõstrandi. Hoc autem est quod summopere quęritur in acquisitione scientiæ, quę consistit in paucis bene intellectis. Nam sapientia est habitus intellectus, & voluntatis. Quatenus enim considerat altissimã causam causarum lumine reuelationis, aut etiam, rationis refertur ad mentem, quę ab ea perficitur per considerationem rerum a ma-

teria & motu ſeparatarum, quę corruptibilia ſunt alterabilia, & mutabilia. Nam quæ non amplius mota mouent, non ſunt phyſicę conſiderationis, ſed methaphyſicæ potius contemplationis: ſed quatenus ſapientia mores hominum recte diſponit, atq; inſtituit voluntatis habitus poteſt rite vocari de qua in hoc libello tractandum mihi eſſe propoſui Suſcipiat igitur. Dignitas tua munuſculum hoc ab exigua tenuitate mea ſibi oblatum læto animo, atq; hilari fronte, quod ſi eidem gratum fore cognouero ſublimi feriam ſydera uertice quem admodum cecinit lyricus vates ſcribens ad mæcenatem, pręſertim ſi amplitudo tua me in ſuorum clientū numerū referet, qui diuini numinis maieſtatē rogabo, vt eam Auguſtinianæ Religioni Diutius ſeruet incolumem. Vale.

Florentiæ, Prid. Cal. Nouembris, MDXCI.

ARETALOGIÆ

Caput Primum continens Notiones Virtutis.

1 VIRTVS est bona qualitas mentis, qua recte viuitur, qua nemo male vtitur, quam Deus operatur in nobis sine nobis.

2 Virtus est habitus electiuus in mediocritate proportionali consistens, ad bene agendum perficiens operantem:

3 Virtus est habitus animæ bonus impollutam integritatem conseruans, & nihil turpitudinis habens.

4 Virtus est perfectio potentiæ, recte ordinatis actus suos, ex optimo rerum vsu ad optimum finem.

5 Virtus est directio mentis optime institutę, qua sponte omnia bona semper bene fiunt.

6 Virtus est bonitas alliciens, & sua dignitate attrahens homines ad honesta volenda & peragenda, & turpia deuitanda.

7 Virtus est regimen rationis, & voluntatis, ab excessu, & defectu vitiorum semper declinans.

8 Virtus est rationis intuitus discreto iudicio dissipans omne malum, & præbens animæ bene operandi facilitatem.

9 Virtus est æquabilitas vitæ inter prospera, & aduersa, tristia, & iocunda seruata, vndique semper consona rationi.

10 Virtus est rectus liberi arbitrij vsus optimo rationis discursu semper quod melius est eligentis.

11 Virtus est acquisitio famæ laudis atq; honoris.

12 Animi quies, Decus, et ornamentum.

13 Bene sentire de Deo,

14 Concupiscentię ac iracundiæ frenum.

15 Conformatio voluntatis humanæ ad diuinam.

Con-

16 Conseruatio probitatis.
17 Cordis securitas, ac mentis tranquillitas.
18 Detestatio malignitatis atque malitiæ.
19 Dispositio perfecti ad optimum.
20 Executio recta bonæ intentionis.
21 Laudabilis ordinatio morum.
22 Legum omnium fundamentum.
23 Medium vitiorum utrinque reductum,
24 Mensura morum, & regula actionum,
25 Moderatio affectuum,
26 Optima institutio vitæ, & recta ratio, & dispositio agendorum,
27 Origo, & conseruatio nobilitatis,
28 Perfectio bonitatis humanæ.
29 Quæ perfectum facit habentem, & opus eius bonum reddit,
30 Rectitudo inducens uoluntatē semper in bonū,
31 Virtus est motus animę rationalis per conuenientia media tendens ad vltimum beatitudinis finē.
32 Virtus est animi affectio, ordinans actus potentiarum secundum Deum, ad uitam actiuam seu contemplatiuam.
33 Virtus est honorabile bonum ex quo boni uiri nominantur, dum sedulo cuncta rei & publicæ & priuatæ opera benefaciunt, vnde laus omnis meritumq; procedit.
34 Virtus est facultas benefaciendi omnia in omnibus, voluptates cunctas vincens atq; dolores, & cæteras animi perturbationes atque molestias,
35 Virtus est vis productiua & conseruatiua bonarum affectionum, artium, atque sciētiarum, quæ nulla vi labefactari potest.
36 Virtus est optima deliberatio voluntatis, per electionem honestas, sibiq; congruentes actiones semper sequendas esse decernens.
37 Virtus est lumen interioris hominis, dirigens volun

luntatem ad amorem, & intellectum ad notitiam summi boni.
38 Virtus est recte agendi principium spectabiles efficiens eos in quibus inest, quæ hominis vitam ab omnibus tuetur aduersis.
39 Virtus est perspicua ratio qua homines laudabiliter sciunt parere atque subesse, & recte imperare atque præesse.
40 Virtus est exacta bonitas assiduis actionibus acquisita attingens quod est præstantissimum secundum naturam.

Caput Secundum continens Notiones Qualitatis.

1 Qualitas est facultas, qua bene vel male agẽtes vel patiẽtes boni uel mali dicimur.
2 Qualitas est accidens semper insequens formam substantialem.
3 Qualitas est accidentalis forma, qua mediante omnia entia secundum suam speciem operantur.
4 Qualitas est medium quo substantialis forma vel compositum naturaliter vel voluntarie operatur.
5 Qualitas est principium facile vel difficile agendi, vel patiendi secundum naturam.
6 Qualitas est vis insita rebus, qua per successionem & motum proprias operationes exercent.
7 Qualitas est differentia specifica vel indiuidualis, quā in aliquo communi conuenientia distingũtur.
8 Qualitas est proprietas superaddita substantiæ ob eius complementum aqua sustentatur.
9 Qualitas est naturalium rerum affectio atq; mobiliũ contraria sibi semper nisi impediatur expellens
10 Qualitas est determinatio subiecti per quam naturalia entia secundum similitudinem, & dissimili-
tudinem

tudinem alterantur siue mutantur.

11 Qualitas est ens boni vel mali continẽs rationem, atq; perfectionem cito trãseuntem vel diuturnã.

12 Qualitas est perfectio accidentalis substantiæ quatenus aliquid agere vel pati posse dicitur.

Caput Tertium continens Notiones Mentis.

1 MEns est lux animæ rationalis cui tota natura hominis debet obtemperare.

2 Mens est perspicax hominis intelligentia, cũ operatione cuius nihil communicat actio corporalis.

3 Mens est præcipua pars animæ humanæ, quæ rationibus agitandis & exquirendis alitur, cum oblectatione solertiæ.

4 Mens est vis rationis, quæ cogitando semper aliquid agit aut inquirit, donec propositum sibi finem adipiscatur.

5 Mens est portio superior animę intellectiuę, abstrahens a sensibilibus & phãtasmatibus species intelligibiles, vt faciat eas actu intellectas & cognitas.

6 Mens est intellectualis animæ potentia, quę varijs actionibus spiritualibus atque corporeis vitam hominis vniuersam gubernat.

7 Mens est incorporea substantia, rerum omnium veritatem per causas naturaliter scire desiderans.

8 Mens est immaterialis animę potentia, qua homo corporea transcendens, principia & causas rerum omnium optime contemplando rimatur.

9 Mens est sublimior pars formę substantialis corporis humani quæ dat illi essentiam vitam operationem & motum.

10 Mens est animi præstantia qua prudens & sapiens humanum genus arte & rationibus viuit.

Mens

11 Mens eſt ſpiritualis natura tendens in proprium ſuę felicitatis obiectū vt èo tādē adepto perficiatur
12 Mēs eſt humanę vitę perfectio ſcibiliū omniū quo ad poteſt exactā ac certam cognitionem exquirens.

Caput Quartum continens primam concluſionem Virtutis.

VIrtus eſt bona qualitas mentis,

1 q. ſubiectum virtutis eſt anima uel aliqua potentiarum ipſius.
2 q virtus nō eſt aliquid corporeum, neq; in re ſun datur inanimata.
3 q ſi vitium eſt malitia, malignitas ſeu mala qualitas voluntatis ergo virtus erit bona qualitas mētis.
4 q. virtus eſt per ſe appetibilis.
5 q. omnis virtus debet habere ordinem ad bonitatem diuinam.
6 q. virtus eſt datū optimū deſcēdens a patre luminū
7 q. perficit intellectum, & voluntatem.
8 q. ad optimum beatitudinis finem perducit.
9 q. bonos homines efficit.
10 q. virtus nihil ſuperflui continet aut diminuti, cū ſemper ab extremis declinet,
11 q. a prauis deſiderijs, cogitationibuſq; ꝑuerſis, & ab omnibus malis actiue ſeu paſſiue ſemper tuetur atque defendit,
12 q. per uirtutē diuina fauēte gratia, homines ſibi caueāt nequid boni ommittant, aut mali committant.

Caput Quintum continens ſecundam concluſionem Virtutis.

PEr uirtutem recte uiuitur.

1 q per ipſam pura mēte Deus colitur.
2 q. per eandem cordis munditia conſeruatur.

3 q. per eam improborum commercia de vitātur ac penitus fortaſſe iam habita relinquuntur.
4 q. p illā habit⁹ volūtatis & mētis hum ınę pficiūtur
5 q. per virtutem homines boni efficiuntur.
6 q. virtus eſt cauſa qua homines ad beatitudinem percipiendam optime diſponuntur.
7 q. virt⁹ nihil nimis nec temere nec fruſtra fieri ſinit
8 q. per virtutē omnes animi paſſiones impetus ac furores nec nō perturbationes coercētur atq; ſedātur
9 q. homines virtute præditi ociū inertiā & ignauiā deuitātes ſemet ipſos ī bonis operibus sēp exercēt.
10 q. per illam omnes actiones humanæ ad finem perfectum optime diriguntur.
11 q. per ipſam cuncta pericula & vitæ diſcrimina præcauentur & deuitantur.
12 q. per virtutem homines ita ſubijciuntur Deo, ut diuinos illapſus ſuſcipere digne queant.

Caput Sextum continens Tertiam Concluſionem Virtutis.

VIrtute nemo male vtitur.
1 q. virtute præditus uitia cuncta fugat,
2 q. virtus eſt res in ſuo genere perfecta.
3 q. ad finem optimum perducit.
4 q. abſcindit cauſas peccatorum.
5 q. ad beatitudinem tendit.
6 q. cuiuſcunque boni affluentiam parat.
7 q. vitam a iacturis illæſam conſeruat.
8 q vim iraſcibilem & concupiſcibilem recta ratione moderatur ac regit.
9 q. cogitationes & affectus omnes in Deū dirigit,
10 q ſenſus omnes inferioreſq; animi potentias menti ſubijcit ac Deo vltro facit obtēperare. (ſtodit.
11 q. innocētiā & cordis mūditiā sēp benefaciēdo cu
12 q virt⁹ facit hōē Deo sēp īſeparabiliter adhęrere

Cap

Caput Septimum continens Quartam conclusionem Virtutis.

DEus in nobis operatur Virtutem,
1 q. nobis præbet bona naturæ.
2 Bona gratiæ,
3 Dona Spiritus Sancti,
4 Fructus eiusdem,
5 Precepta,
6 Consilia,
7 Beatitudines,
8 Dispensationes,
9 Sacramenta,
10 Dignitates,
11 Ordines,
12 Bona gloriæ,

Caput octauum continens Quintam conclusionem Virtutis.

DEus operatur in nobis virtutem infusam & supernaturalem sine nobis.

1 q. non sumus sufficientes cogitare aliquid ex. nobis quasi ex nobis sed sufficiētia nostra ex Deo est
2 q. D. Paulus ait Quid habes homo quod non accepisti? quod si accepisti Quid gloriaris quasi non acceperis? 1. chor. 4.
3 q. Deus est qui operatur in nobis velle & perficere seu proficere pro bona voluntate,
4 q. iustitię nostræ sunt tanquam panniculus fluore menstruo inquinatus,
5 q. in iniquitatibus concepti sumus & in peccatis educati & alti.

7 q. om-

6 q. nemo mũdus, a sorde nec infans cuius est vnius diei vita super terram,
7 q. omnes declinauerunt simul inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum non est vsq; ad vnum,
8 q. omnes nascimur natura filij iræ,
9 q. coronat Deus dona sua coronãdo merita nostra.
10 q. elegit nos in christo ante mundi cõstitutionem vt essemus sancti & immaculati in conspectu eius in caritate, ergo antequã essemus, ergo sine nobis.
11 q. caro semper habitualiter saltem si non actualiter concupiscit aduersus spiritum.
12 q. fomes aut lex membrorũ nisi mortificetur semper legi mentis repugnat. Quamobrem Deus operatur virtutem in nobis consentiẽtibus, & sibi cooperantibus, sine nobis tamen ad salutem nostram principaliter seu totaliter concurrentibus.

Caput Nonum continens Distinctiones Virtutis.

OMnis virtus aut est increata aut creata, naturalis vel ĩtellectualis, aut theologica aut moralis. Virtutes naturales distinguuntur penes diuersitatẽ entium inquibus reperiuntur. Hinc fit vt alia sit virtus Dei, alia Numinum vel angelorum seu substãtiarum & mentium abstractarum seu intelligentiarum, alia celorum, alia elementorum alia hominum, alia brutorum, alia plantarum alia metallorum, alia mineralium, & alia lapidum, quarum virtutum naturaliũ considerationem relinquens morales tantũ ex varijs authoribus collectas virtutũ distinctiones assignabo dicens quod Virtus vocatur Diuina, aut angelica, aut humana, aut exẽplaris, aut heroica, aut politica, aut purgatoria, aut purgati animi, aut cardinalis, aut infusa, aut acquisita, pfecta vel ĩpeifecta, aut economica.

Di-

Diſtinguitur etiam virtus ſecundum varios homi nū ſtatus atque officia, & ideo alia dicitur virtus viri, alia mulieris, alia boni ciuis, alia boni viri, alia domini, alia ſerui, alia magiſtratum gerentis, alia priuati, alia famuli, alia ducis, alia militis, alia doctoris, alia diſcipuli, alia regis; alia populi, alia imperantis alia ſubditi, & ſic deſingulis alijs conditionibus hominum dici poteſt.

Virtus intellectualis, aut eſt intellectus, aut ſapientia, aut ſcientia, aut prudentia, aut ars cum omnibus ſuis ſpeciebus.

Virtus theologica aut eſt fides, aut ſpes, aut charitas cum ſuis annexis.

Virtus moralis eſt Prudentia, aut iuſtitia, aut fortitudo, aut temperantia & quæ iſtas comitantur atque ſequuntur.

Diſtinguuntur inſuper virtutes penes variam conſiderationem agentis, authoritatis, cauſæ, conſilij, cō ſuetudinis, effectus executionis finis, formæ, imperij intentionis legis, materiæ, modi, moris obiecti, operationis, oportunitatis paſſionis, poſſibilitatis, potentiæ, atq; ſubiecti ex quibus omnibus rebus, a cunctis ratione vtentibus eſt diligenter animaduertendum, quid vnicuiq; conueniat ſecundum propriā naturam poteſtatem, proprietatem & ſtatum ſeu conditionem.

Caput Decimum continens Proprietates & effectus Virtutis.

VIrtus a diuerſis authoribus dicitur actuoſa, admirabilis, amabilis, ardua, benefica, benigna bona, cælata, cognita, commoda, conſtans, conueniēs decora, delectans digna, egregia, excellens, eximia fecunda, feruens, firma, formoſa, fortis. gratiſſima, grauis, hilaris inclyta, innocens, inſignis, integra, iocunda,

da, læta, laudabilis, libera, magna, modica, multa, necessaria nitens, nobilis, officiosa, optabilis, perfecta, permanens, perspecta, plurima, potens, præcipua, preclara, prestans, prisca probata, propria, pulchra, pura, quieta, rara, rata, recta, relicta, sagax, salubris, sedata, sempiterna, singularis, spectata, sudore paranda, summa, testata, tota, tuta, vera, vitæ socia, vitijs resistendo repugnans, viuida, vniuersa, & vtilis, ex quibus & ex multis alijs proprietatibus possunt varij effectus a virtute produci. Virtus enim in medio cõsistit, eliminat extrema, paticipat aliquid de extremis, laude dignos homines efficit, deiectos erigit, animi affectus optime regit, turbatos animi motus cohibet, furores ac impetus sedat, rebus omnibus vtitur moderate atq; scienter, gloriam præbet, honoris præmiũ exhibet, libertatem conseruat infirmos corroborat, bonitatem custodit, ad felicitatem perducit, in tempestate quiescit, intenebris micat, nunquam alienis sordibus obsolescit, vitam moderatur, studium cognoscendæ veritatis requirit, mentem ad scientiarum, inuestigationem inflammat, securitatem pollicetur, prosperitatem tribuit, remedia necessaria quærit potestatem, vigorem, famam, victoriam, nobilitatem, præeminentiam, & sublimitatem tribuendo lætificat, ita vt homines tandem diuina bonitate fruantur, quę dat eisdem beatitudinem sempiternam. Harum autem virtutum quædam vocantur, munera & gratiæ Dei, quædã dona & fructus Spiritus Sancti, quibus affluentes diuinę felicitatis compotes esse queunt. Cum autem virtutes tot ac tantæ sint loquemur tantum, Deo fauente, de theologicis, & moralibus siue Cardinalibus ex quibus homines rite ac recte ordinant vitam suam, per actiones suo statui congruẽtes ad optimum supernæ beatitudinis finem.

Caput Vndecimum continens Notiones Fidei.

1 Fides est substantia sperandarum rerum argumentum non apparentium, vel Fides est hypostasis sperabilium elencho non apparentium.

2 Fides est habitus mentis inchoans in nobis vitam æternam faciens intellectum rebus assentire non apparentibus.

3 Fides est formalis ratio credendi quodcunq; verũ fuerit diuinitus reuelatum.

4 Fides est determinatio intellectus apprehendentis aliquod consonum formali rationi sui obiecti, quamuis incognitum.

5 Fides est voluntarius assensus primæ veritatis concepte sine alterius partis formidine seu ãbiguitate.

6 Fides est lumen dirigens intellectum ad diuinæ veritatis, & bonitatis cognitionem percipiendam.

7 Fides est præparatio animi firmiter diuinis reuelationibus in ordine ad spem & charitatẽ assentiẽtis.

8 Fides est indubitata perceptio diuinorum eloquiorum, inducens hominem in proprium suæ felicitatis obiectum.

9 Fides est virtus theologica, certum reddens animũ de absentibus veris supra opinionem ac rationem, & infra visionem atq; scientiam.

10 Fides est habitus cognitionis quoad principia credendorum infusus, & acquisitus quoad probationes conclusionum.

11 Fides est acceptatio sponsionis diuinæ.

12 Apprehensio indubitata supernaturalium, rerum,

13 Auriga virtutum.

14 Captiuatio intellectus inobsequium Christi.

15 Constantia mentis Deo inseparabiliter adhærẽtis,

Crede-

16 Credere quod non uides.

17 Directio animæ in Deum,

18 Donum ſine quo impoſſibile eſt placere Deo,

19 Exiſtimatio promiſſionis implendę, atq; ſeruandę

20 Firmamentum chriſtianę religionis.

21 Fundamentum iuſtitię,

22 Futurorum tanquam præſentium firma ſecuritas,

23 Inclinatio intentionis & amoris in Deum.

24 Meritorum origo,

25 Perfectio initiatiua practici intellectus,

26 Prædictionis aſſenſus materialiter in intellectu, & formaliter in voluntate conſiſtens;

27 Purificatio cordis,

28 Rationis dictamen bonos exiſtimans præmiari, & malos puniri,

29 Rectificatio liberi arbitrij,

30 Regula actionum intellectus, & voluntatis.

31 Fides eſt limitatio rationis percipientis ea circa quæ non poteſt error contingere, cum ſint diuinitus reuelata.

32 Fides eſt notitia qua per certitudinem adhæſionis diuina myſteria percipiuntur,

33 Fides eſt inuiſibilium rerum perceptio, quas naturalis rationis lumen non poteſt attingere.

34 Fides eſt mentis illuminatio qua ſempiterna bona per ſpeculum videmus in via, vt eiſdem poſtea perfruamur in patria.

35 Fides eſt mentis adhæſio apprehendentis ea quæ animalis homo non percipit, eo quod non ſint ſensui manifeſta nec intellectui per ſe nota,

36 Fides eſt habitus, animę potentias habiles efficiēs ad intelligendū quicquid in ſacris literis cōtinetur

37 Fides eſt iudicium rationis primæ veritati aſſentientis ſecundum imperium voluntatis.

38 Fides eſt habitus gratia informatus, qua per dilectionem operans homo ſemper Deo adhæret,

39 Fides est animi qualitas qua credentes ab infidelibus distinguntur.
40 Fides est virtus hominem Deo vniens, circa quam ex bonis & benefactis operibus consistit laus & meritum.

Caput Duodecimum continens notiones Rei.

1 RES est terminus sua latissima significatione tā incorporea quā corporalia cuncta transcēdēs
2 Res est vniuersalis acceptio termini significantis omnia quæ substernuntur loquentium intentioni.
3 Res est vox cuiuscūq; entis inanima uel extra animam continens significationem in abstracto vel in concreto.
4 Res est nomen commune quascunq; substātias, & quælibet accidentia denotans.
5 Res est nomen plusquam genericum, quod amplitudine sua tam de æternis quam de temporalibus entibus verificatur.
6 Res est intellectionis fundamentum genera cuncta entium sua vniuersalitate complectens.
7 Res est nomen cuiuscumq; materiæ seu formæ sensibilis vel insensibilis esse incompositis vel essentiam denotans.
8 Res est subiectum cuiuscumq; cogitationis, sermonis atq; intentionis tam simpliciter quam secundum veritatem vel falsitatem acceptum.
9 Res est terminus amplissimus quodcunq; ens siue bonum siue malū existat sua latitudine continens.
10 Res est causæ vel effectus cuiuslibet nomē aliquid naturaliter vel ad placitum intellectui represētās.
11 Res est terminus cuiuscumque scibilis naturam, proprietates, conditiones, actiones vel passiones con-

connotando ſignificans.

12 Res eſt id quod ſignificatur ab omnibus terminis prædicamentalibus, prædicabilibus, atque intentionalibus ſiue pertineant ad artes vel ad ſciẽtias.

Caput Tertium Decimum continens notiones Hypoſtaſis.

1 Hypoſtaſis eſt relationum proprietatum, & actionum tam immanentium quam tranſeũtium proximum fundamentum.

2 Hypoſtaſis eſt res naturæ continens in ſe aliquid commune, cum incommunicabili proprietate.

3 Hyppoſtaſis eſt ſuppoſitum cuiuſcunq; proprietatis ſibi conuenientis perfectiones ſignificans.

4 Hypoſtaſis eſt prima inchoatio vniuſcuiuſq; operis ad corpus vel ad animum pertinentis.

5 Hypoſtaſis eſt ſtabile fundamentum actionum humanarum, habens relationem in ordine ad Deum.

6 Hypoſtaſis eſt firmitas animi diuinis eloquijs immutabiliter adhærentis.

7 Hypoſtaſis eſt inconcuſſa ſubſiſtẽtia rerum primordia ſubſtantialia ſeu accidentalia denotans.

8 Hypoſtaſis eſt quodcunq; ſubſtituitur actioni, cui non modo ſubſtantia, verum etiam quædam accidentia ſubſtant..

9 Hypoſtaſis eſt ſubſtitutio vel ſuſtentatio rerum, quæ innituntur proprio fundamento.

10 Hypoſtaſis eſt ſtabilitas repromiſſionis diuinę animam hominis confirmando ſuſtentans.

11 Hypoſtaſis eſt ſubſtitutio fundamenti ſupra quod ædificium ſpirituale bonorum operum collocatur.

12 Hypostasis est, suppositum & firmamentũ verbi di uini rationalibus creaturis per gratiam diuinę gloriæ beatitudinem pollicentis.

Caput Quartum Decimum continens Notiones elenchi.

1 Elenchus est contradictio vnius & eiusdẽ rei, & nominis nõ synonimi, ex his quę data sunt ex necessitate, non connumerato eo quod erat in principio secundum idem, & ad idem, & similiter & in eodem tempore.

2 Elenchus est syllogismus vtranq; contradictionis partem disserendo assumens,

3 Elenchus est oppositorum collectio aduersariũ disputantem conuincendo redarguens.

4 Elenchus est redargutio contradicentes ex datis vere vel apparenter disserendo conuincens.

5 Elenchus est argumentum aliquid ad rem uel ad hominem probando per cõtradictionẽ concludens.

6 Elenchus est probabilis syllogismus aduersarium differentem in contradictionem inducens.

7 Elenchus est ratiocinatio in qua ex responsione data infertur aliquid propositæ conclusioni contrarium.

8 Elenchus est conuictio, seu rationabilis deprehensio falsa dicentis.

9 Elenchus est oratio per interrogationes disputantem ad aliquod inopinabile vel absurdũ inducẽs.

10 Elenchus est contradictio non æquiuoca, vel amphibola ex quibusdam positis vere vel apparenter illata.

11 Elenchus est oratio in qua consistit firmitas totius illationis opposite.

Elen-

12 Elenchus est probatio faciens mentem iudicio rationis assensum præbere conclusioni.

Caput Quintum Decimum Continens, Primam conclusionem Fidei.

Fides est hypostasis.
1 q. est fundamentum ędificij spiritualis in anima situm.
2 q. sine fide impossibile est placere Deo,
3 q. charitas absque fide haberi non potest.
5 q. omne quod non est ex fide peccatum est,
6 q. omne meritũ initiũ habet a fide gratia ĩformata
7 q. virtutes cunctas sustinet ipsa fides,
8 q. fides corda hominum per gratiam dei purificat
9 q. primum diuinę gratiæ donum est fides in statu viatorum.
10 q. fides est inchoatio in nobis vitæ ęternę,
11 q. omnibus cunctarum virtutum habitibus atque actibus substat.
12 q. sicut via præcedit patriam, & gratia gloriam, ita fides spem et charitatem reliquasq; virtutes.

Caput Sextum Decimum continens Secundam conclusionem Fidei.

Fides est hypostasis rerum quæ sperantur, seu sperabilium.
1 q. frustra quis crederet, se adepturũ salutem quam non speraret.
2 q. firmiter credens promissioni diuinæ, sperat eandem seruandam & adimplendam.
3 q. fideles credunt malos esse puniendos & bonos esse beandos,

4 q. idem eſt obiectũ credibile ſperabile, & amabile.
5 q. idcirco laborant homines vt tandem ſperatam ideoque optatam mercedem adipiſcantur.
6 q. fides ſpem ſuſtentat & a charitate perficitur.
7 q. fides eſt initium ſalutis quod charitati tanquam fini per medium ſpei coniungitur.
8 q. fides coniungit pios homines Deo a quo ſperāt beatitudinem obtinere.
9 q. fides eſt de eo quod aliquis habiturum ſe ſperat.
10 q. obiectum per fidem creditum, & finis per charitatem adipiſcendum debent proportionaliter ſibi correſpondere.
11 q. fides virtualiter omnia ſperabilia ſubſtinet.
12 q. fides ordinatur ad obiectũ omniũ virtutũ perficientium voluntatẽ, cui ſpes, & charitas innitũtur.

Caput Decimum Septimum continens Tertiam concluſionem Virtutis.

Fides eſt de non apparentibus. 1. q. de non viſis, 2. q. de abſentibus, 3. q. de futuris. 4 de incomprehenſibilibus 5. q. de Deo; 6 q. de vita ęterna. 7. q. de excedentibus lumen rationis naturalis. 8. q. de bonis ſpiritualibus. 9. q. de ſummo bono. 10. q. de gratia. 11. q. de gloria. 12. q. de beatitudine ſempiterna.

Caput Decimũ Octauũ continens Quartam concluſionem fidei.

Fides eſt de rebus Elencho ſeu argumento non apparentibus.
1 q. fides diſtinguitur ab opinione, ſuſpicione & dubitationẽ.
2 q. fides differt a uiſione, ab intellectũ, & a ſcientia

3 q. ſpe-

3 q. Sperabilia non habent euidentiam facti, sed promissionis implendæ ex omnipotentia promittentis.
4 q. lumen reuelationis mirabiliter lumen rationis excedit.
5 q. Actus & habitus fidei tendit in obiectum quod nec sensu percipi potest, nec intellectu cõprehẽdi.
6 q. nec oculus vidit, nec auris audiuit nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit Deus diligentibus se atq; ideo credentibus in eum.
7 q. principia fidei sunt indemõstrabilia vt pote quæ naturalis ratio attingere, ne dũ cõprehẽdere potest.
8 q. ad ea quæ patent in scientia Dei & sanctorũ numinum & hominum beatorum se habet intellectus humanus viatorum nisi fuerit diuino lumine illustratus tanquam oculus noctuæ seu vespertilionis ad clarissimum iubar solis.
9 q. finis & obiectum fidei est incomprehensibile.
10 q. sicut gratia excedit naturam, ita reuelatio rõẽ.
11 q. sapientia huius mundi stultitia est apud Deum cum sit multis erroribus adiuncta.
12 q, lex membrorum semper habitualiter saltem nisi actualiter legi mentis repugnat.

Caput Decimũ Nonũ continens Distinctiones Fidei.

FIdes distinguitur secundũ varietatem subiectorũ in quibus inest. Vnde alia est fides angelica, alia diabolica, alia humana, alia politica, alia mercatorũ, alia hæbreorũ, alia turcarum, alia hęreticorũ, consideratur etiã fides quatenus est uirtus theologica uel moralis, pfecta vel imperfecta, vera vel falsa ficta nõ ficta seu syncera, uiua vel mortua, magna uel modica, explicita uel ĩplicita, vana vel solida seu stabilis, charitati coniuncta vel ab eadẽ disiuncta, propria uel aliena, volũtaria vel coacta, bona uel mala. Distinguitur

item fides penes rationem materialem vel formalem obiecti, penes veritatem creatam uel increatam, credentem & creditum, penes habitũ uel actum credẽtis, penes generalem & communem vel specialem & propriam rationem credibilis in se uel in ordine ad alia, penes principia & conclusiones, penes diuersam habitudinem ad fidei obiectum penes veritatem diuinam vel rationem humanam velatam vel reuelatã, penes cognitionem & assensum credentis penes intellectum vel uoluntatem, & tandem penes actum interiorem qui est credere: vel penes actũ exteriorẽ qui est cõfiteri. Potest etiã pluribus alijs modis fides distingui cuius distinctiones possũt apud auctores varios ĩueniri.

Caput Vigesimum continens Proprietates & effectus Fidei.

FIdes politica dicitur illa quę versatur in negocijs publicis, & priuatis in tutelis, proccurationibus fiducijs, mandatis rebus emptis venditis locatis conductis, contractibus, obligationibus, testimonijs vadimonijs, & cęteris his similibus. Fides autem theologica est Dei donum & vocatur, abrogata alma aucta, bona causata, christiana, conseruata, consumata crescens, data, euangelica, exinanita, firma fracta habenda habita, honesta, infirmata informis interposita irrita, legalis, minima mira, modica, multa, mutata, negata operans per dilectionem, perfecta placita postulata pusilla recepta requisita, sancta seruata stabilis, tradita, uana, uiolata vna. Perfidem autem depositum rite seruatur, arcana teguntur, peccata purgantur amici conuiuunt, familiares probantur, matrimonia copulantur, iusti uiuũt, negocia perficiuntur, virtutes augentur, uitia cohibẽtur, salui homines fiunt, iudicia Dei timentur, corda purificantur aduersa superantur, diuina præcepta, monita & consi

lia, obseruantur, debiles confortantur, peccatores iustificantur. Per fidem Christus habitat in cordibus hominum, quoniam sine fide impossibile est placere Deo, & ideo per fidem homines acquirunt gratiam Dei. sicut omnes patres veteris ac noui testamenti, quemadmodum patriarchæ, iudices, prophetæ duces, reges pōtifices, apostoli martyres episcopi, doctores, confessores, sacerdotes, monachi, eremitæ, virgines, anachoritæ, coniugati, cælibes, viduæ ac tandem omnes christum pie fideliterq; colentes, quorum animæ gaudent in cælis sempiterna nunc diuinitate fruentes, plenius tandem vna cum corpore glorificando etiam fruituræ.

Fidem comitantur fiducia, fidelitas fidentia, & credulitas, his autem opposita, vna cum erroribus circa fidē hæreticorū, indæorū, & omnium infideliū vnusquisq; poterit inuarijs authoribus a se ipso requirere.

Caput Vigesimum Primum continens Notiones Spei.

1 Spes est animi motus firmiter tēdēs in propriū obiectum suæ felicitatis æternum.

2 Spes est habitus mentis attingens rationem rectam boni optabilis.

3 Spes est promissę beatitudinis per gratiam Dei adipiscendæ expectata possessio.

4 Spes est expectatio futuri boni ardui possibilis tamen diuino auxilio obtineri.

5 Spes est affectio animi diuinæ gratię & glorię adeptionem optantis.

6 Spes est impulsus appetitum inducens in aliquod bonum supernaturaliter obtinendum.

7 Spes est intentio cupientis obtinere omne bonum diuinitus ad finem beatitudinis ordinatum.

Spes

8 Spes eſt virtus theologica habens ſolum Deum pro vltimo ſuę felicitatis fine ſeu obiecto, qua ſpiritualia & ſempiterna bona cum fiducia expectantur.

9 Spes eſt habitus volũtatis in medio præſumptionis & deſperationis conſiſtens.

10 Spes eſt virtus attingens ſupremam regulam humanorum actuum tanquam, cauſam efficientem, & vltimum beatitudinis finem.

11 Spes eſt abſentis boni cupiditas.

12 Aeterni premij arra.

13 Boni futuri appetitio.

14 Bonarum operationum iocunditas

15 conſolatio humilium.

16 Contemperatio ærumnarum.

17 Deſiderium diuinæ promiſſionis.

18 Directio mentis in Deum.

19 Erectio afflictorum.

20 Exiſtimatio euaſionis periculorum.

21 Futurę proſperitatis opinio

22 imaginatio ſalutarium rerum.

23 intelligibilis boni expectata poſſeſſio.

24 Iocunditas in dolore.

25 Laborum ſolatium.

26 Mitigatio calamitatum.

27 operum difficilium dulce lenimen.

28 præſens boni euentus expectatio.

29 Societas fidei.

30 Stabilis adhæſio futurorum bonorum.

31 Spes eſt habitus hominem inducens ad quærendum quæcunq; ſpectant ad finem ſibi propoſitum aſſequendum.

32 Spes eſt dilatæ proſperitatis adipiſcendæ firma exiſtimatio.

33 Spes eſt conſideratio liberalitatis diuinæ ſupra merita ſibi digne ſeruientes remunerantis.

34 Spes eſt firma mentis adhæſio, expectans futuram bea-

beatitudinem per diuinam gratiam ex meritis humanis prouenientem.

35 Spes est inuisibilis boni expectanda retentio.

36 Spes est qualitas animi expectans aliquod bonum honestis laboribus acquirendum.

37 Spes est desiderium summi & excellentis boni, cū fiducia diuini auxilij obtinendi.

38 Spes est incitatio animi tendens ad eorum bonorum fruitionem quę humanarum virium facultatem excedunt.

39 Spes est animi motus diuinis promissionibus firmum præbens assensum, expectans summum bonum perpetuo obtinendum.

40 Spes est uirtus erigens affectum in Deum, optatū laborum præmium & promissam bonorum operū mercedem expectans.

Caput Vigesimum Secundum continens Notiones Motus.

1 Motus est actus entis in potentia tendentis in aliquem finem.

2 Motus est agitatio mobilis se ipsū aliū ue mouētis

3 Motus est localis mutatio subiecti situm ad omnes differenrias positionis aliqua ex causa variantis.

4 Motus est naturalis vel uiolenta variatio mobilis interdistantes vel oppositos terminos constituta.

5 Motus est transitus mobilis inchoans ab vno extremo & p conuenientia media tendens ad aliud.

6 Motus est recessus a primo donec compleatur accessus ad ultimum terminum.

7 Motus est vnius quantitatis vel qualitatis in aliam transmutatio conuenienti tempore mensurata.

8 Motus est naturalis corporis actio sitū & perfectionē sibi propriā incessanter attingere quęrens.

Motus

9 Motus est continua successio mobilis aliter se habẽtis nunc quam prius ab extrinseco seu intrinseco motore inducta.

10 Motus animi est profectus tendens de virtute in virtutem, vel defectus declinans à vitio in uitium, vel mutatio vitæ a uitijs ad uirtutes, vel e conuerso a virtutibus ad vitia.

11 Motus animi est auersio a commutabili & apparenti bono & conuersio ad verum & incommutabile bonum, vel e conuerso.

12 Motus animæ est incitatio appetitus intellectiui, vel sensitiui ad id quod est propter se vel propter aliud prosequendum.

Caput Vigesimum Tertium continens notiones Animi,

1 ANimus est igneus mẽtis vigor corpus cui prę positus est moderans regens atq; gubernãs.

2 Animus est intellectus uel ingenij acumen diiudicans quid vnicuique rei sit maxime aptum.

3 Animus est intelligentia particeps rationis, & iudicij compos discernens quid sit eligendum aut respuendum.

4 Animus est vis humanis indita sensibus aliqua sem per cogitatione seu cupiditate se mouens.

5 Animus est lumen intellectus per rationis discursum rerum ueritatem prospiciens.

6 Animus est dux vitæ humanę mala tanquam sibi noxia vitans, & bona tãquam sibi proficua vehementer exoptans.

7 Animus est motor corporis humani absoluta ratione ipsum quo ad potest optime gubernando conseruans.

8 Animus est æthereus vigor humano corpori tanquam

quam nauta naui semper assistens.
9 Animus est incorporea substãtia hominis actiones semper dirigens ad aliquem finem.
10 Animus est hominis natura intelligibilis cuius operationi seu perfectioni nihil communicat actio corporalis.
11 Animus est substantialis essentia formaliter perficiens hominis intellectum & voluntatem.
12 Animus est forma spiritualis optima ratione vim irascibilem concupiscibileq; refrenans, nequis in aliquod malum sibi alteriue contrarium temere prolabatur.

Caput Vigesimum Quartum continens Notiones Obiecti.

1 Obiectum est species intelligibilis rei cognoscendæ vel optandæ perficiens intellectum vel voluntatem.
2 Obiectum est ens extra animam intentionaliter ab ea perceptum actuãs intellectum vel sensum.
3 Obiectum est illa res circa quam uersatur actus animæ intellectiuę aut sensitiuę.
4 Obiectum est materia intelligibilis cuiuscunq; humanę cognitionis & appetitus,
5 Obiectum est ens quòd se cognoscendum intellectui representat.
6 Obiectum est optabile bonum in quo voluntas delectata conquiescit.
7 Obiectum est res scibilis cuius causas, & principia mens humana contemplando rimatur.
8 Obiectum est intelligibile verum quod mẽs humana comprehendere quãtũ potest ratione conatur.
9 Obiectum est quodcunq; intellectui vel voluntati proponitur apprehendendum.

Obie-

10 Obiectum est ens appetibile sua perfectione alliciens hominem ad eius perceptionem.
11 Obiectum est sensibile vel intelligibile bonum inducens hominem in ordine ad Deum ad sui ipsius apprehensionem.
12 Obiectum est res cognoscibilis mouens potentias animæ per congruos actus ad suam perfectionem.

Caput Vigesimum Quintum continens Notiones Felicitatis.

1 Felicitas est hominis quietatio in bono inammissibili supernaturaliter acquisitio.
2 Felicitas est miseriarum omnium atq; culparum rite depulsa subiectio.
3 Felicitas est trãquillitas animi in actibus virtutum in ordine ad Deum optime quiescentis.
4 Felicitas est optati boni facilis assecutio.
5 Felicitas est secundus tanquam virgula diuina cunctarum rerum euentus.
6 Felicitas est facilis bene uiuendi, & recte operandi facultas.
7 Felicitas est præmium, ac finis, mercesq; virtutum.
8 Felicitas est summi boni sperata fruitio ex præcedentibus meritis per gratiam acquisita.
9 Felicitas est pulcherrimum, iucundissimum bonum naturam intellectualem perficiens.
10 Felicitas est diuinæ benignitatis munus, quo per virtutes homines recte uiuunt.
11 Felicitas est omnium bonorum hilaris ac tuta permanẽsq; possessio.
12 Felicitas est uita iucunda cui prospera cuncta semper eueniendo succedunt.

Caput

Caput Vigeſimum Sextum continens Primam Concluſionem Spei.

SPes eſt animi motus.
1 q. inducit ad honeſtos moderatosque labores.
2 q. ſuadet virtutes eſſe acquirendas.
3 q. vitia cuncta fugere docet
4 q. excludit expectationem mali.
5 q. certam pollicetur boni adeptionem.
6 q. oſtendit vtilitatem rei adipiſcendæ.
7 q. miſerias omnes æquo animo ſuſtinet.
8 q. Deo facit homines perpetuo adhærere.
9 q. æterna bona tantum decernit eſſe quærenda.
10 q. mundi vanitates & inſanias falſas contemnit.
11 q. dirigit omnes humanas actiones in obſequium Dei.
12 q. erigit mentes hominum ad credendum diuinis promiſsionibus.

Caput Vigeſimum Septimum continens Secundam Concluſionem Spei.

SPes firmiter tendit in propriũ fælicitatis obiectũ.
1 q. ſpem abijciens deſerit ſemetipſum quod ſapiens nunquam efficere debet.
2 q. non ſunt dimittenda media ordinata ad finem incolumitatis atq; ſalutis.
3 q. in rebus aduerſis eſt etiam bene ſperandũ, Deus enim adeo potẽs eſt vt ex malis quoq; bona eliciat
4 q. ſola perſeuerantia in bonis operibus coronatur.
5 q. ſemper deſperatio eſt fugienda.
6 q. nullus vnquam debet a Deo recedere cũ ſit proprium fidei ſpei, & charitatis obiectum.
7 q. non minus eſt in Deo credẽdum quã ſperandũ.

8 q. confunditur in æternum qui in Deo actualiter aut habitualiter saltem non sperat.
9 q. si desperatio est causa damnationis ergo spes salutis.
10 q. diuinum auxilium semper est implorandum.
11 q. semper expectanda est mali remotio, & boni possessio.
12 q. frustra curreret obtinere brauium sperãs, si aliò tenderet, aut ab inchoato cursu desisteret.

Caput Vigesimum Octauum continens Tertiam Conclusionem Spei.

OBiectum speratę felicitatis est æternum.
1 q. Deus.
2 q. felicitas est finis ordinatus ad Deum & non ad alium finem.
3 q. felices omne æuum transigunt absq; molestia.
4 q. felicitatem & præsertim diuinam nulla circumscriptio temporis dimetitur.
5 q. in corruptibilibus bonis perpetuo nullus sperare debet.
6 q. si felicitas habita mutaretur ad aliquid miseriæ deueniret.
7 q. felicitas habet immortalitatem & impassibilitatem ad nexam.
8 q. mentes beatę sunt supra tempus.
9 q. si felicitas aliquem terminum haberet præscriptum, vltra illum non esset felicitas.
10 q. sicut spes in uia debet esse perpetua & continua ita felicitas in patria debet esse incessabilis atque æterna.
11 q. appetitus hominis satiari nõ potest a re sibi inferiori neque finita.

12 q.

12 q. temporalia bona ex malo eorum vſu ſunt cauſa damnationis potius quam ſalutis ęternæ.

Caput Vigeſimum Nonum continens diſtinctiones Spei.

SPes aut eſt omnis vel nulla, multa vel aliqua. vera vel falſa, perſpicua vel obſcura, beata, ſeu fruſtrata, exigua uel magna, perennis aut deficiens plena vel vacua ſeu vana, firma & ſtabilis, vel inconſtãs & variabilis, repoſita vel ablata. certa uel confuſa, clara quo ad ordinem, & dubia in rebus humanis quo ad euentum. Poteſt in ſuper conſiderari ſpes per cõparationem ad potentiam, actum, obiectum, & habitum, quo ad bonum creatum & temporale vel quo ad bonum increatum & ęternum, quo ad medium participans vel eliminans extrema, quo ad ſtatũ vel quo ad terminum, quod ad actum elicitum vel imperatũ, quo ad affectum, vel quo ad notitiam, quo ad gratiã vel quo ad merita, quo ad media vel quo ad finem, quo ad bonum finale adipiſcendum vel quo ad auxilium efficax ad ſub ueniendum, quo ad actum præcedentem, concomitantem vel ſubſequentem, quo ad intentionem vel opus ſperantis, quo ad bonũ humanæ naturæ proportionatum vel ſupernaturale, quo ad bona naturę gratię & gloriæ, quo ad promiſſa pręmia vel quo ad comminationem pænarum, quo ad præcepta, conſilia & admonitiones verbi diuini. Quędam etiam eſt ſpes veniæ miſericordiæ, liberationis a malis, collationis diuerſorum bonorum, receptionis munerum ac diuinorum donorum, quędam eſt charitati adiuncta quædam a charitate diſiuncta & ſeparata, quędam eſt commendabilis quædam deteſtabilis, quędam ſuffragij quædam auctoritatis quædam inducit ad conſecutionem finis & quædam requirit media ordinata ad ſupremum beatitudinis finem.

Caput Trigeſimum continens Proprietates & effectus Spei.

SPes dicitur beata,bona,eximia, melior hypocritæ creſcens, mali, populi, perennis, poſteritatis,ſancta, ſuperuacua ſumma, virtutis, uitæ, gloriæ, ſalutis,ſola, optima,exrema, explorata, recta impiorum, propoſita, uiua,una,

Spes non confundit, beatos homines efficit. Nam Deus protegit benedicit,adiuuat, liberat, & ſaluat omnes rite ſperantes in ſe.

Spes fortes homines efficit, inducit ad videndũ quod creditur, in æternitate animam erigit,in doloribus gaudium affert, in laboribus tolerantiam, in tribulationibus conſolationem, in calamitatibus mitigationem.

Spes proſtratos erigit atq; deiectas vires reparat, debiles corroborat, cor eleuat corruentes ſuſtentat,lapſos fulcit, ad alta euehit, hoſtes vincit. Dei amorem inducit, Deum inquirit, Deo ſeruire facit, tentationes ſuperat,tentantes fugat,miſericordiam promeretur,a periculis eruit, inopes reficit, pauperes ditat,impios iuſtificat,miſeros beat, in ęrumnis non deſerit,homines Deo per matrem redemptoris noſtri conciliat, Ipſa eſt enim dulcedo ſpiritus & ſpes noſtra, mater pulchræ dilectionis & ſanctæ ſpei cum in ea ſit omnis ſpes vitæ & virtutis.

Spes tãdẽ cũcta diuinę gratiæ recte operãdo meretur, quod facile probari poſſet ꝑ omniũ sãctorũ exẽpla

Spei adiũcta eſt beneficẽtia,hilaritas ſolertia,patiẽtia mũdi contẽptus,ab negatio ſui ipſius,ſolitudo,auſteritas contẽplatio diuinorũ, orandi aſſiduitas vigilantia, ſollicitudo, ac timor Domini & cuncta alia q̃ poſsũt quauis ratione ad ſpei virtutẽ referri

Caput Trigesimum primum continens notiones Charitatis.

1 CHaritas est finis precepti de corde puro, & cõscientia bona, & fide non ficta.

2 Charitas est amor gratuitus quo deus ex toto corde propter se, & proximus in bono diligitur propter deum.

3 caritas est affectio animi delectabiliter nos Deo coniungens.

4 charitas est virtus qua Deum videre eodemq; perfrui desideramus.

5 charitas est vehemens in bono voluntas, amantem copulans cum amato obiecto.

6 charitas est recta ordinatio voluntatis tendentis tota virtute, in amandum obiectum propter vltimum finem.

7 charitas est habitus quo amabile obiectum omne, in ordine ad Deum semper diligitur.

8 charitas est amor diuinus in se continens rationẽ principiumque merendi.

9 charitas est communicatio vitæ spiritualis, per quam ad beatitudinem peruenitur.

10 charitas est habitualis forma super addita potentiæ naturali inclinans ipsam ad actum amoris, & faciens propter Deum prompte mala pati, & bona delectabiliter operari.

11 charitas est amicitia hominis ad Deum.

12 Amor fraternitatis

13 Appetitus fini vltimo copulans.

14 Bonum habentem proficiens.

15 communicatio cuiuscumq; boni.

16 concordia animorum in bono.

17 custos timentium Deum.

18 Directio actuum humanorum.

19 Expulsio malarum cogitationum, & cupiditatum.
20 forma virtutum.
21 Fructus primus Spiritus Sancti.
22 Fundamentum ædificij spiritualis.
23 Gratiæ diuinæ subsidium.
24 Iugum Christi suaue, & onus leue.
25 Mater spiritualium bonorum.
26 Medium assequendi promissiones diuinas.
27 Mors vitiorum.
28 Nuptialis vestis electorum.
29 Odium peccatorum.
30 Operimentum omnium delictorum.
31 Perfectio uitæ.
32 Principium meritorum.
33 Radix omnium bonorum.
34 Regula morum.
35 Salus animæ.
36 Societas electorum.
37 Vinculum perfectionis, & pacis.
38 Vita sanctorum.
39 Vnctio spiritualis morbos animæ sanans.
40 Vnio piorum fidelium.
41 Charitas est virtus adhærere faciens Deo voluntatem creatam, propter beatitudinem obtinendam vel conseruandam.
42 Charitas est recta animi affectio qua homines per odium sui, proficiunt in amore Dei & prossimi.
43 Charitas est amicitia Christi glutino copulata, qua homines honeste sibi inuicem in Deo conuiuunt.
44 Charitas est cõmunicatio Sancti Spiritus qua vocatus est vnusquisq; in filij Dei societatem.
45 Charitas est continuus animi motus & voluntarius ad fruendum Deo propter se ipsum.
46 Charitas est virtus theologica, fundata super bonitatem diuinã, quæ versatur circa operationes quæ sunt ad alium sub ratione beneficij gratuiti.

Chari-

47 Charitas est habitus infusus aut in cordibus nostris diffusus, coniungens optima intentione nos Deo, quem omni conatu semper amare debemus.

48 Charitas est virtus habens pro vltimo obiecto finẽ humanæ perfectionis ad quem cuncta virtutum opera diriguntur.

49 Charitas est vis appetitiua perficiens inclinationẽ optantis, & dirigens omnes hominum actiones in ordine ad summum bonum.

50 Charitas est perfectio attingens per varios amoris effectus primam, & præcipuam regulam humanorum actuum, in qua tandem consistendo quiescit.

Caput Trigesimum Secundum continens Notiones Finis.

1 Finis est causa ad quam reducuntur alia omnia genera causarum.

2 Finis est ens propter quod aliquid fit secundum naturam.

3 Finis est principium mouens intentionem agentis ad aliquid operandum.

4 Finis est perfectio rei factæ secũdum aptitudinem congruam sibi conueniens

5 Finis est assequendum bonum cuius gratia aliquid recte fieri debet.

6 Finis est complementum aliquid intrinsecus, vel extrinsecus rite ordinatum perficiens.

7 Finis est vniuscuiusq; rei extremum a natura, seu ab arte intentum.

8 Finis est optabile bonum imponens necessitatem agenti.

9 Finis est ratio bonitatis cuilibet operi & electioni proposita.

10 Finis est voluntatis obiectum propter se principaliter appetendum.

11 Finis est adeptio perfectionis intentæ, qua nihil est aliud inagendo posterius.
12 Finis est optimus rerum omnium usus ordinatus ad fruitionem felicitatis æternę.

Caput Trigesimum Tertium continens notiones Pręcepti.

1 PRæceptum est recte uiuendi norma obtemperaturis congrue assignata.
2 Præceptum est regula mores hominnm ad Domini obedientiam dirigens.
3 Peæceptum est ratio obseruanda neminem contra leges errare permittens.
4 Præceptum est legis particula nihil contrariũ, aut nefas agendum esse præscribens.
5 Præceptum est institutio indicans quid & quomodo aliquid sit recte agendum.
6 Præceptum est directio agibilium ad debitum finẽ
7 Pręceptum est officiorum executio imperata, negligentes eximens ab errore.
8 præceptum est instructio dirigens gressus hominis in semitis Dei.
9 præceptum est salutare documentum, nihil mali fieri sinens contra legem diuinam
10 pręceptum est ordo regens actus humanos, ne in aliquod flagitium prolabantur.
11 præceptum est maiorũ admonitio formidine pęnæ quandam imponens ob edituris necessitatem.
12 præceptum est sanctio aliquid agendum, vel deuitandum esse suadens, qua diuini iuris naturalis, gentium, atque ciuilis regulæ cunctæ seruantur; vt temporalis atque æternę vitę omnia impedimenta penitus repellantur.

Caput Trigeſimum Quartum continens Notiones Cordis.

1 COr eſt nobiliſſimum humani corporis membrum primum viuens,& vltimum moriens.

2 cor eſt ſentiendi principium, quo animalia vegetantur,nutriuntur, ac uiuunt.

3 cor eſt vas puritatem omnium ſpirituum naturalium, animalium,& vitalium continens.

4 cor eſt ſedes animæ habens vim ſecundum longitudinem attrahendi,ſecundum (oportet fingere nomina cum deficiunt) tranſuerſionem retinendi, & ſecundum latitudinem expellendi.

5 cor eſt membrum præcipuum attrahens a pulmone aerem propter vitam, & ab epate ſanguinem propter nutrimentum ſibi conueniens quo incolumi nihil mali accidit animali.

6 cor eſt pulſatilium uenarum ſeu arteriarum origo continens inter panniculum & carnem eius permixtos quoſdam humores,humano tamen corpori neceſſarios.

7 cor eſt intima pars corporis humani pyramidali forma conſiſtens,& quibuſdam concauitatibus, ab inferiori parte ſenſim ad ſuperiorem in latitudinem tendens.

8 cor eſt fons purioris ſanguinis (quamuis ſanguis purus non detur) virtutem ſuam per vniuerſum corpus diffundens.

9 cor eſt caro fortium villorum ſeu fibrarum vehementi diuerſitate contexta, in quo tanquam lineæ rectæ in ſuo centro vires omnes animalium vniuntur.

10 cor eſt materiale cuiuſcunq; motus alterationis & augmenti corporis humani initium, quo bene valente ſoſpes vita hominis conſeruatur.

11 Cor est substantia cum vniuerso corpore habens quandam communicationem, obdiuersás animæ vires, variasq; potentias quas animal secundũ mẽbrorum suorum distinctionem exercet.

12 Cor spiritualiter in sacris literis sumptum est intimus mentis affectus, & omnium cogitationum, & cupiditatum origo, inducens, hominem per mundi contemptum semper in obsequium Dei.

Caput Trigesimum Quintum continens notiones conscientiæ.

1 Conscientia est bene vel malefactorum occulta recordatio, quæ fit per superiorem scintillam rationis.

2 Consciẽtia est animi vis, qua de recte factis ad monemur, & inducimur per directionem voluntatis, & dictamen rationis in bonum.

3 Consciẽtia est animi testimonium semper præsens & naturalis legis præcepta seruare suadens.

4 Conscientia est intrinseca nostræ intentionis notitia actiones præteritas & futuras recte diiudicans.

5 Conscientia est officiorum & actionum ratio nobis tantummodo patens, qua pænam præmiumue meremur.

6 Conscientia est virtutum notitia, vel vitiorum redargutio, qua laude vel probro dignos nos esse putamus.

7 Conscientia est instinctus naturæ seu uis mentis inutrãque boni vel mali partem, vt neq; timeant qui nihil commiserunt, & pœnam semper ante oculos versari arbitrentur qui peccarint.

8 Conscientia est stimulus maleficiorum memoria eorum qui deliquerint atq; peccauerint mentem semper exagitans.

9 Conſcientia eſt animi angor malorum conſiliorũ auctores, & facinorum vexans.

10 Conſcientia eſt habitus noſtri iudicij directiuus reſpectu operabiliũ, optima ſpe muniēs bona ſemper benefacere in domino cupientes.

11 Conſcientia eſt bona conſideratio animi ſemper ſibi diligenter cauentis ne in uitium aliquod incidat, aut ne aliquo ſcælere opprimatur.

12 Conſcientia eſt bona mentis cuſtodia cor hominis protegens, ne quid audeat ommittere, vel committere, quod diuinæ legi ſibi contrarium videatur.

Caput Trigeſimum Sextum continens Primam concluſionem, Charitatis.

PRecepta diuinæ legis per charitatem ſunt ex corde puro ſeruanda.

1 q. peccata, cordis remouent puritatem.

2 q. pura debet eſſe intentio operantis.

3 q. cor impurum coinquinatum atq; pollutũ Deo placere non poteſt.

4 q. abhominatio eſt Deo impurus impius & impietas eius.

5 q. nulla fœditas debet eſſe humano cordi ad mixta, ſi diuinæ gratię particeps eſſe cupit.

6 q. religio munda apud Deum eſt immaculatum ſe cuſtodire ab hoc ſæculo.

7 q. cor impurum atq; immundum diuinæ gratię puritatem ſuſcipere nequit. Contraria enim mutuo ſe expellunt.

8 q. peruerſæ cogitationes & impura deſideria ſeparant a Deo.

9 q. impura lues, labeſq; peccati cor polluens contrarium Deo reddit.

10. q.

10 q. cor quo magis fuerit contaminatum ac sordidũ eo magis a Deo recedit & ad sathanę immunditiā & impuritatem accedit.

11 q. contemnentes diuinæ legis pręcepta seruare non possunt.

12 q. de corde impuro exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, furta, fornicationes, falsa testimonia, blasphemiæ quæ coinquinant hominem, & inhabilem reddunt, minusq; capacem, ad benignitatis diuinę munera promerenda, quamuis eisdem magis indigeant.

Caput Trigesimum Septimum continens Secundam conclusionem Charitatis.

CHaritas requirit in homine conscientiam bonam.

1 q. conscius sibi mali, potius timet, quam amet.

2 q. Dicit D. Paulus gloria nostra hæc est testimonium conscientiæ nostræ.

3 q. conscientia quandiu est erronea & mala non sinit homines diligere Deum.

4 q. mala conscientia obnoxia est criminibus, quæ charitatem excludunt.

5 q. bona conscientia semper conformis est legi diuinæ

6 q. naturalis ratio dictat contra conscientiam fieri nihil debere.

7 q. conscientia bona semper suadet in Dei contemptum nihil vnquam esse agendum.

8 q. conscientia quæ dicitur lex mentis nostrę, legi diuinæ sibi longe superiori est conformanda.

9 q. fa-

9 q. faciens contra conſcientiam bonam ędificat ad gehennam,

10 q. bona conſcientia per modum præcepti, prohibitionis, conſilij, & ſuaſionis dictat, non quod eſt pręter nec contra, ſed tantum quod eſt ſecundum legem diuinam.

11 q. bona conſcientia ſuperiorem portionem rationis conuertit et dirigit ad Deum, vt ab illo regatur, & in ſuo dominio conſeruetur.

12 q. conſcientia bona retrahit hominem reluctante, remurmurante, & remordente ſyndæreſi a malo, & inducit ad bonum ſemper in ordine ad Deum.

Caput Trigeſimum Octauum continens Tertiam Concluſionem Charitatis.

AD Charitatem exigitur fides non ficta.

1 q. ſimulatio fallax ſemper eſt peccatum.

2 q. nullus Deo mentiri debet.

3 q. aliud verbis, vel ſignis, vel factis oſtendens, quā quod animo ſentit impius ac perfidus eſt non fidelis.

4 q. vir duplex animo diuinæ gratię munere ſe reddit indignum.

5 q. veritati ſe opponit habens fidem fictam, & intellectus error eſt voluntatis interdum peccatum.

6 q. hypocriſis ſtare non poteſt cum charitate

7 q. aliud in ore, & aliud in corde gerens nec Deum nec proximum amat.

8 q. ſimulatio directe opponitur veracitati, & indirecte cuicumq; virtuti.

9 q. per malitiam, & non per inſcitiam peccat ficte Deo credens, vnde nec illum amat.

10 q. habet ſemper malam, intentionem, ac mentem animumq; peruerſum ficte credens.

11 q. fidem habens fictam eſt infideli deterior, cum eligat malum, & negligat bonum.

12 q. ſicut bona fides eſt initium bonorum operuuı, ita fictio & ſimulatio fidei malorum, & ideo ſemper charitati repugnat.

Caput Trigeſimum Nonum continens Diſtinctiones Charitatis.

CAritas quamuis ratione finis & obiecti principalis ſit vna, tamen ſecundum diuerſitatem ſubiectorum illam habentium diſtinguitur. Vnde alia eſt charitas Dei, alia angelorum & alia hominũ; quæ diuiditur ratione ſurgeneris proximi, qui eſt amor diſtinctus in naturalem, electiuum, intellectiuum amicitæ cõplacentiæ, dilectionis beneuolẽtię, qui dicitur increatus, creatus, infuſus innatus, ſupernaturalis, naturalis, honeſtus, vtilis, & delectabilis. Charitas item poteſt conſiderari quo ad actum vel habitum potentiam vel obiectum, modum & ordinem, quo ad ſe ipſum vel alios, quo ad medium vel quo ad finem, quo ad actum directum uel reflexum. Charitas etiã conſideratur, quo ad diligentes dilectos ac diligendos, nã amor diffunditur ad parentes, patriam cõſanguineos affines, vxorem, filios, amicos, contubernales, conciues, ſocios ſodales, familiares, inquilinos, ſeruos mancipia, peregrinos, egenos, ad prælatos, principes, duces, reges, dominos, magiſtros, præceptores, atq; doctores, & tandem ad maiores, æquales vel inferiores. Poteſt quoq; charitas attendi quo ad bonũ vniuerſale vel commune, & particulare vel propium, quo ad actum proprium vel quo ad actus aliarum virtutum, quo ad diſpoſitionem ſiue conatum, quo ad conditio

nem

nem naturę vel ſtatus, quo ad capacitatem recipientis vel quo ad diſtribntionem dantis. Alia in ſuper eſt charitas uiæ, alia patriæ, quæ diſtinguitur etiam quo ad affectum, vel effectum, penes naturæ gratiæ & gloriæ bona, quę conueniunt gradui vel ſtatui inci pientium, proficientium vel perfectorum, quo ad vnũ vel plures actus charitatis, quo ad amorem interiorẽ vel exteriorem, per appetitum ſenſitiuum vel intellectiuum ſecundum naturam ſpiritualem atq; corpoream, quo ad bona animi vel corporis quę ſe habent tanquam medium inter cauſam & effectum, ſeu inter amantem & amatum ſeu amandum obiectum.

Caput Quadrageſimum continens Proprietates, & effectus. Charitatis.

CHaritas theſauro abſcondito, margarite pręcioſæ, ſoli, igni, auro, oleo, grano frumenti, vino, aquę ſalienti in vitam ęternã, arbori cui nunquã defluunt, folia, flores nec fructus comparata, dicitur Dei donum, gratia gratiarum, nouum mandatũ Chriſti, primum animæ bonum, amor ſummi boni, & ſecundum D. Pauli ſententiam 1. chor. 13. charitas patiens eſt benigna eſt, non ęmulatur, non agit perperã non inflatur, non eſt ambitioſa, non quęrit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniquitate, congaudet autem veritati; omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, omnia ſuſtinet, charitas nunquam, excidit & ideo eſt amabilis ardẽs bona chriſti Dei, diffuſa, diſcreta, decora, cognoſcibilis conſtans, fructuoſa, fraternitatis grata hilaris iocunda, ficta, munda, nimia ordinata, perfecta, perpetua, perſeuerãs, Patris, pura, recta, ſpiritus, ſuauis ve-

vehemens, vera. Quamobrem homines Deo vniendo coniungit, in Deo manere facit, Dei benedictionem & gratiam impetrat. Dei legem ad implet, participes dei facit. Deum timere & amare suadet & abstinere ab omni peccato, communicat Spiritum Sanctum, fructus operum bonorum producit, diuidit inter filios regni & filios perditionis ad regnum cælorum perducit errare non finit, contra aduersa munit, mentem exornat, aspera lenit, voluntatem creatam increatæ conformat, mentem illuminat vincit quemlibet malignum humani generis hostem, mũdum carnem, concupiscentiam, irã atq; libidinẽ superat, viuificat animã, informat uirtutes, ditat egenos, expellit peccatũ, quietẽ delectationem, lætitiã & securitatem maximã præbet, Deo placet, angelos aut numina sancta lætificat, hominibus prodest, dæmonibus displicet summũ bonum requirit, filios Dei, amicos, & prophetas constituit, similes Deo reddit, & tãdem omnia bona confert, omnium que tam acceptorum, quam recipiendorum a Deo beneficiorum memorem efficit, ita vt vnusquisq; dicere iure optimo debeat. Quid retribuam domino pro omnibus quæ retribuit mihi? calicem salutaris accipiam & nomen domini inuocabo vota mea domino reddam, & sacrificabo hostiam laudis. Debent itaq; vniuersi homines Deum super omnia amare. Nam quanto magis amant, tanto magis in eius diuina fruitione quiescunt, exultant, atque beantur. Charitatem comitantur omnes virtutes quoniam ab ipsa perficiuntur.



Caput

Caput Quadrageſimum primum continens Notiones Prudentiæ.

1 PRudentia eſt virtus per memoriam præteritorum, præſenti rationis iudicio recte diſcurrẽs, in precauendis euentuum futurorum inſidijs.

2 Prudentia eſt habitus optime dirigens actus humanos ad acquirendam quamcunq; vitę perfectionẽ.

3 Prudeutia eſt accurata præcognitio agendorũ ſemper tendens ad optimum finem.

4 Prudentia eſt rerum præſenſio, mouens appetitum & conſenſum ad proſecutionem veri boni, & ad fugam ſeu diſſenſum boni apparentis ac mali.

5 Prudentia eſt diligens humanę vitæ directio declinans ab euitabili malo, & ſemper tendens ad aliquod optabile bonum.

6 Prudentia eſt ſolers rerum notitia cum ratione honeſte uiuendi coniuncta, & optimi conſilij prompta ſimul & recte deliberata ſuſceptio.

7 Prudentia eſt amor ea quibus adiuuamur tendentes in Deum, ab his a quibus impedimur ſagaciter eligendo diſcernens.

8 Prudentia eſt animi uis, ea ſtudioſe perquirens, quę ad aſſequendam vitę tranquillitatem, ſecuritatem, ac beatitudinem ſpectant.

9 Prudentia eſt prouida cura qua homines ſibi cauẽt, ne bonum aliquod ommittendo, mali quidpiam agant vel patiantur.

10 Prudentia eſt vis apprehenſiua omnium rerum quę ſimul ac ſemel licent atque expediunt.

11 Prudentia eſt ars viuendi.

12 Cautio incommodorum.

13 conſideratio finis.

14 contemplatio bonorum

15 Delectus vtiliorum.

16 deuitatio impedimentorum.
17 Diſpoſitio rerum.
18 Dux vitæ.
19 Inſtitutio morum.
20 lumen practici intellectus.
21 Moderatio affectuum.
22 Obſeruatio opportunitatis.
23 Ordinatio negociorum.
24 præmeditatio dicendorum.
25 præuiſio euentuum.
26 Recta ratio agibilium.
27 Recuſatio deteriorum.
28 Remotio culparum.
29 Repreſſio temeritatis.
30 Securitas animorum.
31 prudentia eſt mentis acumen quo perpendentes circunſtantias omnes cuiuslibet actionis de bonis quæ ad felicitatē pertinēt poſſumus recte cōſulere.
32 Prudentia eſt vis mentis motiua imperans vtilia ſimul atq; honeſta prohibensq; contraria.
33 prudentia eſt perſpicax mentis acies recte dirigēs & ordinans per liberæ voluntatis imperium ſingulos actus aliarum virtutum.
34 Prudentia eſt ſolers intelligentia qua recte vtens falli non poteſt, ſicut nec fallere cupit.
35 prudentia eſt mentis agitatio ſagax ex præteritis atq; præſentibus futura, & ex proximis remota decenti coniectura proſpiciens.
36 prudentia eſt notitia ſui ipſius quæ actus rationis ita moderatur ac regit vt vanas, turpes, & inutiles cogitationes, & noxia prorſus deſideria fugiat.
37 prudentia eſt qualitas dirigens greſſus hominis in Deum, tanquam in ſummum animæ bonum, & vltimum rerum omnium finem.
38 prudentia eſt virtus optimis moribus ita diſponēs hominis voluntatem, vt recte potentijs animæ ſibi

inferioribus imperet.

39 Prudentia eſt rationalis virtus incitãs intellectum vt ſemper deteriora vitans potiora ſequatur.

40 Prudentia eſt mentis intuitus ex rerum collatione exitum, atq; euentum negociorum abſq; errore, ſeu deceptione cognoſcens.

Caput Quadrageſimum Secundum continens notiones memoriæ.

1 Memoria eſt firma rerum & verborum apprehenſio ab intellectu phantaſmata recte ordinante retenta.

2 Memoria eſt animæ rationalis facultas, notitiam rerum perceptarum recte cuſtodiens.

3 Memoria eſt mentis theſaurus cũcta quę aliquis edidicerit ritę meditando conſeruans.

4 Memoria eſt habitus paſſionis factæ per motũ ſeu modũ impreſſionis ſpeciei ſenſibilis in intellectu.

5 Memoria eſt primi ſenſitiui imaginatio, retinens cognitionem rerum quas aliquo ſenſu, tempore priori percepit.

6 Memoria eſt perceptæ ſpeciei ſenſibilis retentio a phantasmatibus in tempore cauſata, & a mente diutius conſeruata.

7 Memoria eſt obiecti abſentis ſenſatio interior imaginem rei cognitæ per frequentem meditationem intellectui repreſentans.

8 Memoria eſt habitus phantaſmatis imaginati per ſenſum quo tempus & rei ſpeciẽ meditãdo sẽtimus.

9 Memoria eſt re aſſumptio ſcientię quam prius aliquis habuit ordine ſcibilium conſeruato.

10 Memoria eſt vis mouẽs phantaſmata per omnes entium gradus donec congruentibus medijs rem iam ſcitam memorandam inueniat.

11 Memoria est requisitio scibilium in phantasmatibus, quæ prius fuerunt a sensu vel intellectu percepta.

12 Memoria est vis mentis receptiua & retentiua intelligibilium specierum a conditionibus materialibus abstractarum.

Caput Quadragesimum Tertium continens notiones Rationis.

1 Ratio est mentis solertia motus celeritate a summis ad ima, per media recte discurrens.

2 Ratio est vis animæ indicans atq; docens quid dicendum agendumue sit, tacendum vel deuitãdum.

3 Ratio est operatio intellectus veritatem rerum scibiliũ naturaliter ex principijs cognitarũ percipiẽs.

4 Ratio est lux mentis dirigens hominis voluntatem per congruentia media ad optimũ scientię finem.

5 Ratio est principium apprehensiuũ boni & pulchri ordinis rerum, tam arte quam natura constantiũ.

6 Ratio est naturę finis ad quem omnia iura & humanæ vitæ actiones debent referri.

7 Ratio est actiuæ uitæ, & contemplatiuæ pręcipua norma a natura præscripta nihil vnquam ab homine temere vel frustra fieri sinens.

8 Ratio est diligens inuestigatio veritatis cunctorum entium principia, media, finesq; considerans.

9 Ratio est cognitarum assignatio caussarum a quibus effectus naturales voluntarijq; procedunt.

10 Ratio est lumen intellectus in quod respiciens per conuersionem ad phãtasmata sapiens quis efficitur

11 Ratio est actus animæ intellectiuæ nõ impeditus ꝑ discursum circa scibilium veritatem consistens.

12 Ratio est scientiarum omnium fundamentum intellectum mentemq; perficiens, & perspicuam omnium conclusionum veritatem ostendens.

Caput Quadragesimum Quartum continens notiones iudicij.

1 IVdicium est declaratio veritatis agnitæ per probabilia vel necessaria argumenta.
2 Judicium est alterius partis contradictionis optimæ cognitæ legitima comprobatio.
3 Judicium est sententia sapientis verum à falso, bonum a malo, & aptum ab inepto discernens.
4 Judicium est dictio iuris lædentium iniurias a læsis superiori authoritate repellens.
5 Judicium est rationum hinc inde propositarum examen, seu discussio rei veritatem perspectam recte discernens.
6 Judicium est cõtrouersiarum diremptio litibus dissidentium finem imponens.
7 Judicium est eruditi hominis decretum iustũ absq; errore ab iniusto distinguens.
8 Judicium est iniuriarum expulsio publici magistratus officio constituta.
9 Judicium est sententia electi arbitri vel iudicis a principe instituti authoritate firmata.
10 Judicium est causæ ciuilis vel criminalis cognitio quæ agitur inter actorem & reum qua iudicans alterum illorum absoluit aut condemnat.
11 Judicium est legitima sapientis deliberatio ad concordiam contendentes reducens.
12 Judicium est discreta scælerum punitio secundum leges a principe constituta.

Caput Quadragesimum Quintum continens notiones euentus.

1 EVentus est exitus cuiuscunq; negocij optima ratione vel perperam instituti seu peracti.

2 Euentus est probatio actionum hominibus contingentium.

3 Euentus est consiliorum,& factorum finis ab agente principali intentus bene vel male succedens.

4 Euentus est effectus ab ordinata quocunque modo serie causarum procedens.

5 Euentus est terminus actionum in tempore determinato productus.

6 Euentus est humanarum actionum ad finem aliquem directarum extremum vtilitatem afferens aut iacturam.

7 Euentus est operationum complementum ex necessitate conditionata proueniens.

8 Euentus est quodcunq; boni vel mali humanas actiones consequitur.

9 Euentus est prosperitas vel aduersitas rerum hominibus accidentium.

10 Euentus est terminatio actionum hominibus feliciter vel infeliciter contingentium.

11 Euentus est consecutio finis ab agente intenti seu propositi qui tamen ob impedimentum alicuius causę potest aliter se habere.

12 Euentus est quorumlibet negociorum cõclusio pręter vel contra, vel secundum intentionem agentis succedens.

Caput Quadragesimum Sextum continens notiones Insidiarum.

1 INsidiæ sunt actus incautis occulte damna vel iniurias inferentes.

2 Insidiæ sunt callide illata nocumenta in quibus aliqui incidunt imprudenter.

3 Insidiæ sunt læsiones sponte illatæ in quibus sensim inuite aliqui inducuntur.

4 Insi-

4 Insidiæ sunt offensiones ex prauitate odientium contingentes.
5 Insidiæ sunt fraudes quibus latenter damna imprudentibus inferuntur.
6 Insidiæ sunt uafræ deceptiones incautos homines ad exitium perducentes.
7 Insidiæ sunt noxię actiones aduersarios inducentes in maxima detrimenta.
8 Insidiæ sunt doli ac technę ad nocendum imprudentibus & odio habitis præparatæ.
9 Insidiæ sunt fictiones dolosæ amicitiam simulantes in calamitatem aliquam incautos perducentes.
10 Insidiæ sunt fallaces amoris simulationes malum ingens amari se putantibus inferentes.
11 Insidiæ sunt inuidæ proditiones tranquillo statui hominum perniciem si valeant inferentes.
12 Insidiæ sunt incognitæ illationes malorum clam aliquibus latenti odio præparatæ.

Caput Quadragesimum Septimum continens Primam Conclusionem Prudentię.

Prudentia rationis iudicio recte discurrit.
1 q. respicit finem.
2 q. adhibet mentem rebus diligenter agendis.
3 q. cuncta impedimenta prospiciendo deuitat atque repellit.
4 q. in omnibus rebus securitatẽ & cautionẽ requirit
5 q. nullo discrimini se ipsum prudens exponit, unde nec pericula subit.
6 q. se suos, ac sua prudens recte ordinando tuetur.
7 q. sibi perpetuo cauet ab omnibus malis.
8 q. diuini numinis opem semper implorat.

 9 q. cun-

9 q. cuncta prouide gubernando recte disponit.
10 q. omni conatu sapienter Dei gratiam bene bona operando prudens requirit.
11 q. se ipsum cognoscens quæ Dei sunt solummodo querit.
12 q. prudentia est custos & moderatrix omnium aliarum virtutum.


Caput Quadragesimum Octauum continens Secundam Conclusionem Prudentiæ.

PRudentia præcauet euentuum futurorum insidias,
1 q. nulli nocet.
2 q. omnibus prodest.
3 q. omnium a se iram indignationemq; repellit.
4 q. nemini causam præbet sibi nocendi.
5 q. bonorum amicitiam quærit vt prosint & malorum ne velint obesse.
6 q. Prudens liberaliter ac munifice viuens multas habet cautiones, cum hostibus careat.
7 q. quamuis homines natura declinent ab ærumnis, id tamen tunc maxime fit cum ratio superadditur.
8 q. rebus agendis consilia adhibentur.
9 q. imprudẽtes tantum incidunt in rebus aduersis.
10 q. prudens dimittit negocia vbi noxia illa fore perspexerit.
11 q. nullus errare nec decipi cupit nec alios fallere debet.
12 q. prudens Deum semper exorat vt ab omnibus malis actiue & passiue se liberet, ac bona cuiuscunque generis ingenti sua benignitate sibi perpetuo largiatur, seq; de manib⁹ hostiũ visibiliũ & inuisibiliũ misericorditer eripe sua clemẽti pietate dignet.

Caput

Caput Quadragesimum Nonum continens distinctiones Prudentiæ.

PRudentia quæ est virtus intellectualis & moralis, & versatur circa bonum commune uel propriũ publicum vel priuatum distinguitur in veram & simulatam, carnis & spiritus, perfectam & imperfectam, gratuitam vel acquisitam, & potest considerari quo ad aptitudinem, actum, habitum, potentiam, obiectum, consilium, iudicium, præceptum, impedimentum auxilium, applicationem, experientiam curam, solicitudinem, principium actionum, mediũ atq; finem, electionem vel reprobationem rerum vel personarum, quo ad rationem materialem vel formalem, vniuersalem vel particularem, intellectus practici vel speculatiui, quę consistit in necessarijs operabilibus vel contingentibus recte disponendis & dirigendis in propositum finem, quo ad bona sequenda & mala cauenda vel relinquenda quo ad regimen ciuitatis, exercitus societatis aut familię, quo ad exercitationem, imitationem, vsum, & complementum, oportunitatem & ordinem rerum, quo ad coniecturã existimationem & inuentionem rerum dicendarum, vel agendarum, quo ad notitiam vel apprehensionem sensuum exteriorum vel interiorum & quo ad ingenium vel iudicium rationis. Debet insuper considerari prudentiæ virtus in se, vel respectu aliarum virtutum quarum actus ab illa dirigi semper debent ad summum bonum tanquam ad vltimum humanæ beatitudinis finem.



Caput

Caput Quinquagesimum continens Proprietates & effectus Prudentiæ.

PRudentia dicitur amabilis apprehensiua carnis, cauta, circumspecta, cælestis, consideratiua, consiliatiua, discreta, discussiua, diuina, electiua, executiua, ficta garrula, grauis, humana, inepta, intellectiua, inuentiua, iocunda, iudicatiua, moralis, multa, officiosa optabilis, perspicax, præceptiua, prouida, rata, recta, sagax, sedula, solers, stultorum, vana, vera, & multa alia propria huic eximię virtuti conueniunt. Effectus autem eius multi sunt. Nam dirigit actus omniū aliarum virtutum, ostendens a quo, quid, cur vbi, quando, quomodo, qualiter, & quoties aliquid negocii, vel operis sit, agendum. Efficit opera Deo grata, hominibus vtilia, agentibus iocunda, & proximo proficua, ordinat affectus humanos, furorem animi & impetū moderatur. Prouidet necessaria affluenter, fideliter dispensat, ordinate distribuit, deposita seruat, ab inchoatis malis desistit, aut ea non incipit. Personis, locis, ac temporibus se accomodat, omnia recte disponit, sibi cauet a turpibus rebus tam in occulto quam in publico, omnia consulto & nihil frustra, seu temere operatur, interiora & exteriora optime regit, peruersas cogitationes & vanas noxiasq; dimittit, curiositatem, stultitiam, & opiniones falsas erroneasq; deuitat ex memoria præteritorum, præsentia ordinat, & futura præнoscit. Casuum præuidet diuersos euentus temeraria iudicia fugit, nimiam vitat celeritatem, vel tarditatem agendorum rationes perpendit, consilia examinat, inania non credit incognita non iudicat, dubia non tenet pro certis, obscæna verba & detractiones non audit, sermonem moderatur, neminē vituperat, caute promittit, taciturnitatem amat, loquacitatem

citatem relinquit, non sibi sed Deo credit, in domino virtutum confidit. Prudentia conseruat homines in bono, astutias diaboli superat, Dona Dei conseruãdo multiplicat, defectus honeste supplet, optime perscrutatur agenda, præuenit tempus necessitatis, prouidet in tempore oportuno, malas consuetudines reicit, perditorum commerciũ relinquit, impios non tuetur, delinquẽtes caute corrigit, ignaros blande instruit mærentes benigne consolatur, inopes sustentat ac tã dem omnes hominum actiones in Deum dirigit tanquam in suæ proprium felicitatis obiectum.

Reducuntur ad prudentiam multi actus habitusq; virtutum, quemadmodum affabilitas, cautio, circumspectio, consideratio, contemplatio, disciplina, discursus docilitas doctrina, ethica, eubulia, eudochia, eustochia, gnomi imperatoria, intelligentia lepiditas memoratio, militaris nomica, æconomica, politica, prouidentia, regnum, sapientia, scientia solertia, solicitudo, studium synesis taciturnitas vigilantia, vrbanitas & quam plurimæ aliæ virtutes tanquam comites prudentiam semper secuntur, & ab ipsa procedunt.

Caput Quinquagesimum primum continens notiones Iustitię.

1 Iustitia est habitus constanti & perpetua voluntate ius suum vnicuiq; tribuens.

2 Iustitia est virtus dirigens actus humanos ad alium ordinatos ad debitum finem.

3 Iustitia est affectio animi societatem coniunctionis humanæ illęsam custodiens.

4 Iustitia est commune bonnm, quo fas leges, iura, optimiq; mores rite a ꝓbis hominibus cõseruãtur.

5 Iustitia est medietas reperta inter excessũ & defectũ, multum ac modicum nimium atq; parum.

6 Iu-

6 Iustitia est communicationis bonorum ciuilium, proportionalis æqualitas.
7 Iustitia est ciuilis facultas qua singuli sua, secundũ leges possident sicut iniustitia est vitium quo aliqui contra leges retinent aliena.
8 Iustitia est animi bonitas qua omnis vsurpatio a mentibus hominum remouetur.
9 Iustitia est qualitas animi qua sponte vnusquisq; recte fungitur officio suo.
10 Iustitia est æquanimitas tolerandi inopiam, & se in abundantia temperandi.
11 Iustitia est adæquatio præmiorum.
12 Commensuratio meritorum.
13 Concordię nexus.
14 Conseruatio decori.
15 Conuenientia status diuersi.
16 Correctio prauitatis.
17 Custodia iuris.
18 Directio hominis in Deum.
19 Iniuriarum expulsio.
20 Iudicij norma.
21 Ius fæderis humani.
22 Limitatio noxij appetitus.
23 Obseruatio legum, & ordinatio pręmij ad meritũ
24 Rectitudo voluntatis.
25 Repressio iniquorum.
26 Sedatio litigorum.
27 stabilitas probitatis
28 Superbiæ frenum.
29 Taxatio pænæ ad culpam vnde prouenit tranquillitas ciuitatum.
30 Vinculum & tutela societatis ciuilis.
31 Iustitia est æquabilitas vitę, qua vnicuiq; cauendum est ne in aliquod incidat detrimentum.
32 Iustitia est satisfactio qua læsis æquiualens damno vtilitas restituitur.

33 Iustitia est retributio bonorum & malorum, secundum exigentiam meritorum.

34 Iustitia est amor seruiens tantum Deo, & recte imperans rebus humanę voluntati subiectis.

35 Iustitia est vitæ integritas qua oderunt peccare boni Deitatis amore:

36 Iustitia est condecentia bonitatis publici & priuati iuris continens rationem.

37 Iustitia est probitas mentis qua sanctis legibus homines parere conantur.

38 Iustitia est connexio mutua, pro dignitate cuiuslibet æquã pmutationẽ inter cõtrahẽtes conseruãs.

39 Iustitia est morum perfectio generalis, quã ꝓpter Deũ idoneus quis efficitur ad iusta uolenda decernenda, & facienda.

40 Iustitia est regula voluntatis propter Deum remoto quocunq; abusu omnibus creaturis recte utẽs.

Caput quinquagesimum Secundum continens notiones habitus.

1 Habitus est perfectio habentis & habiti.

2 Habitus est assidua rerum agendarum tractatio, propositum sibi facile finem attingens.

3 Habitus est qualitas difficile mobilis a subiecto distincta secundum formalem differentiã obiectorũ.

4 Habitus est actio toties iterata, quousque agens bonum facile, & delectabiliter operetur.

5 Habitus est frequẽtatio actuũ solers ac diuturna, donec opus, suum acquirere valeat complementum.

6 Habitus est prĩcipiũ recte ac rationabiliter operãdi

7 Habitus est assuefacta & stabilis animi & corporis in bono exercitatio.

8 Habit⁹ ẽ cõueniẽs moderati vs⁹ ac discreta ꝑceptio

9 habitus est medium quo potentia cito & faciliter exit in actum.

10 Habi-

14 Habitus eſt indita ſeu innata, vel acquiſita facultas, qua homo poteſt exire in actum perfectum quando vult.

11 Habitus eſt complementum habilem efficiens potentiam ad aliquid optime per agendum.

12 Habitus eſt vis quædam ita perficiens animam, vt nunquam a propoſito ſibi fine fruſtretur.

Caput Quinquageſimum Tertium continens notiones Voluntatis.

1 Voluntas eſt omnium actionum humanarum & liberarum principium.

2 Voluntas eſt deſiderium boni rationabiliter moderatum.

3 Voluntas eſt pars animæ rationalis cunctis potentijs inferioribus imperans.

4 Voluntas eſt animæ potentia reſpuens aliquid vel apprehendens

5 Voluntas ēſt complacentia bonarum intentionum executionem concomitans.

6 Volūtas eſt habitudo principij quatenus ad ipſam omnia agibilia reducuntur.

7 Voluntas eſt appetitus rationi coniunctus.

8 Voluntas eſt vis animę intellectualis qua immediate homines ſubijciuntur Deo.

9 Voluntas eſt virtus animæ ſecundum naturam tendens in finem, & ſecundum rationem eligens quęcunq; ordinantur in finem.

10 Voluntas eſt portio animę humanę actum amoris per pręcognitionem eliciens. Voluntas enim non fertur niſi in præcognitum.

11 Voluntas eſt potentia affectiua tendens in amatum obiectum tanquam in finem in quo tandem delectata quieſcat.

Vo-

12 Voluntas est animæ facultas per actum amoris in amato obiecto delectabiliter permanentis. Anima enim magis est vbi feruenter amat, quam vbi animat.

Caput Quinquagesimum Quartum continens notiones Iuris.

1 IVs est ordinatio ciuilis societatis.
2 Ius est obiectum iustitię recta ꝑpetuo ꝓsequētis
3 Ius est æquabilitas recte ordinās hominem in his quæ sunt ad alterum.
4 Ius est ars boni & æqui.
5 Ius est quod alteri debetur secundum æquitatis rationem.
6 Ius est recompensatio benefactorum secundum facultatem recipientis.
7 Ius est regula ad recte agendum rationem determinans.
8 Ius est rationis iudicium Deo totaliter animam seruiendo subijciens.
9 Ius est quod naturalis ratio dictat, & apud omnes gentes constituit.
10 Ius est commensuratio vnius ad alterum per conuenientiam in aliquo bono.
11 Ius est quod vnicuiq; personæ conuenit, eidéque secundum proprium debetur officium.
12 Ius est quod quisq; populus publicæ vel priuatæ vtilitatis causa sanxit.

Caput Quinquagesimum Quintum continens primam conclusionem Iustitię

IVstitia est habitus.
1 q. principium bonorum operum moralium.
2 q. est

2 q. eſt virtus.
3 q. efficit idoneos & aptos ad recte agendum.
4 q. per iuſtitiam ſequimur bonum, & repellimus malum.
5 q per iuſtitiam cunctis prodeſſe optamus
6 q. retinet voluntatem ne bonum ommittendo malum committat.
7 q. propter iuſtitiam propriȩ vtilitati emolumenta communia præferuntur.
8 q. Iuſtitia facit homines perſeuerare in bono.
9 q. per iuſtitiam homo cum vnaquaque re bene ordinatur.
10 q. per iuſtitiam, extrema virtutis ad medium reducuntur.
11 q. per iuſtitiam, decus, honeſtas, & modus in rebus agendis ſeruatur.
12 q probitas voluntatis maius bonum & vrgente neceſſitate minus malum eligentis eſt habitus.

Caput Quinquageſimum Sextum continens Secundam Concluſionem Iuſtitiæ.

HAbitus iuſtitiæ eſt in uoluntate.
1 q. regit voluntatem.
2 q. opus bonum efficit.
3 q. Iuſtitia eſt virtus generalis & ſpecialis, & moralis ſeu cardinalis.
4 q. Iuſtitia accidit & inhæret voluntati.
5 q. vim iraſcibilem concupiſcibilemque refrenat atq; compeſcit.
6 q. prouenit omne opus a voluntate.
7 q. determinat actum voluntatis ad bonum.
8 q. perficit voluntatem.

9 q. habi-

9 q. habitus iustitiæ non debet esse inuitus.
10 q. eius subiectum & fundamentum est voluntas.
11 q. omne bonum volitum obiectiue & intentionaliter saltem est in uoluntate.
12 q. continetur a uoluntate tanquam perficiens formaliter a suo perfectibili.

Caput Quinquagesimum Septimum continens Tertiam & Quartam Conclusionem Iustitiæ.

Voluntas iustitiæ debet esse constans.
1 q. debet esse inuiolabilis.
2 q. nõ debet declinare ad dexterã neque ad sinistrã.
3 q. debet semper & vbiq; resistere malis.
4 q. debet continuo æquabilitatem seruare.
5 q. debet virtute irrumperere iniquitatem.
6 q. prauorum consuetudinem debet semper vitare.
7 q. semper gaudere debet de bonis suis & aliorum.
8 q. datam fidem alicuius honestę pollicitationis nũquam frangere, nec fallere debet.
9 q. nunquam cedit malis.
10 q. firmat fœdera iuncta.
11 q. constituit virtutum causa indissolubilem amicitiæ nexum.
12 q. semper sed non omnibus idem & eodem modo se debet habere.

Quarta Conclusio pertinens ad cognitionem Iustitię.

Voluntatem iustitiæ oportet esse perpetuam.
1 q. est inuariabilis, & immutabilis.

2 q. debet eadem semper habitualiter saltem si non actualiter permanere.
3 q. iustitiæ voluntas rite seruanda est in omnibus actionibus humanis.
4 q. requirit vniuersalitatem subiecti & temporis.
5 q. in ea firmiter est perseuerandũ, ac permanendũ.
6 q. iustitia nunquam est ommittenda, nam aliter inciderent homines in eius oppositum.
7 q. est ordinata ab bonum commune.
8 q. conseruat pacem concordiam, & quietem societatis humanæ.
9 q. consulit publicæ, & priuatæ vtilitati.
10 q. dirigit hominem in Deum.
11 q. plurimum confert ad obtinendam salutem.
12 q. Voluntas iustitiæ gratissima est supremo rerum omnium conditori.

Caput Quinquagesimum Octauum continens Quintam Conclusionem Iustitiæ.

IVs suum est tribuẽdum Deo, prima p se & p omnem modum, deinde numinibus sanctis, atq; hominibus intuitu Dei, & cæteris creaturis vbiq; ac sẽper, ab illis qui sectari volunt iustitiam.

Summo itaq; Deo optimo maximo, at sanctissimę trinitati iure tribuenda sunt. Sacrificia, holocausta, imolationes, hostiæ, Victimæ, oblationes, libamina, placationes, adorationes, ac vota.

Debet autem quodlibet sacrificium esse nouũ, matutinum, solemne, pacificum, salutare, sempiternũ, laudis, iustitiæ contritionis, & sanctificationis.

Holocaustum oportet esse, gratuitum, suaue, iuge, integrum, vniuersum, anniuersarium, pingue, medul-

dullatum, quotidianum atque fpontaneum.

Imolatio fecundum fenfum fpiritualem, & nõ tantum literalem intelligendũ, debet effe agni, arietis, ouis, vituli, tauri, bouis, pafferis, phafe, incenfi, pafchatis, turturum columbarum, atq; hedorum.

Hoftia debet effe, placabilis, concifa, magnifica, fabatorum, vociferationis, expiationis, falita, viuens, fancta, Deoque placens.

Victima debet effe, piorum, grandis, melior, acceptabilis, completa, propitiationis, grata, facra, deuota, ne fit quemadmodũ impiorum abominabilis.

Oblatio effe debet perpetua, fuauiffimi odoris, zelotypiæ, finita, digna, viri inuiolati, voluntaria, donorum, primitiarum ac decimarum.

Libamen debet effe vini, fimilæ, carnium, iufti, fingulare, confecratum, dapum, acceptum, typicum, ac primum.

Placationem opus eft effe munerum, honorificam, hilarem, fedatam, aptam, oportunam, congruam, mitem, mundam atque laudabilem.

Adoratio fieri debet, in decore, in timore, in fpiritu, in veritate, in humilitate, in fanctitate, in fimplicitate cordis & puritate, in templo, & ante confpectum Dei.

Votum quodcunque debet effe poffibile, rationabile, ratum, conceffum, liberum, proprium, licitum, deliberatum, difcretum, ac pium.

Debent in fuper vniuerfi homines, fidẽ diuinis eloquijs adhibere, omnem fpem fuam in Domino collocare, fanctiffimam trinitatem toto corde ac perfecta charitate amare, fummifq; femper honoribus colere fupremamq; diuinitatem iugiter exorare, vt pie defiderata concedat, eidemq; Deitati actiones reddere gratiarum, iuramenta fua, debitum latriæ cultum & obedientiam falutarem, cui etiam cætera benedictionis, laudis, glorię, honoris & claritatis genera, diuinę

maieſtatis celſitudinem & amplitudinem concernentia, ſunt iure optimo tribuenda, quæ vnuſquiſq; peritus in ſacris literis facile diuino auxilio fretus per ſe poterit inuenire.

Debent quoq; cuncti homines Redẽptorem ſuum Deum videlicet ac Dominum IESVM CHRISTVM, vna cum ſanctiſſima eius genitrice, ratione humanitatis ex puriſſimo ſanguine illius aſſumptæ, ingenti pietate ac pura mẽte ſemper venerari & colere tãquam regum omnium regem, ac dominum dominantium, cum illi data ſit omnis poteſtas in cęlo & in terra, eo quod cõtineat perfectiones multitudine infinitas, quarum quęlibet eſt magnitudine infinita, propter communicationem idiomatum, quæ ſuæ immenſæ maieſtati ob vnionem hypoſtaticam conuenit, ſi eidem ius ſuum ſecundum iuſtitiam cupiunt exhibere atq; tribuere. Sanctis autem numinibus in Dei gratia confirmatis ius ſuum eſt a cũctis mortalibus tribuendum (reiectis atq; neglectis quibuſcunq; erynnibus, ac poteſtatibus tenebrarum tanquam perpetuis humani generis hoſtibus) hoc eſt quicquid ipſis laudis, honoris, & gloriæ intuitu Dei conuenire poteſt tanquam ducibus, protectoribus, cuſtodibus, fautoribus, adiutoribus defenſoribus, amãtibus, benefactoribus, propugnatoribus, illuminantibus, purgantibus, perficientibus, interceſſoribus liberatoribus, ac æternæ felicitatis conſortibus, ut tanquã cæleſtis aulæ ciues, inter Deũ & nos conſtituti diuinæ bonitatis, atque clementiæ munera nobis impetrare eorum benignitate dignẽtur. Hominibus etiã ſanctis, quorũ animę gaudẽt in cælis ius ſuum a uiuentibus tribui debet.

Eſt enim iugiter ipſorum memoria recolenda, vitæ puritas imitanda, ſanctitas ad Dei gloriam prędicanda ſolemnitas celebrãda, eorundem patrocinia imploranda, reliquiæ venerandæ, phana, & ſacella, ipſorum nomine ad honorem Dei dicanda. Simulachra ad

exci-

excitandam deuotionem fidelium erigenda, & ipsi etiam sunt deprecandi vt suis meritis ac præcibus nos ita Deo gratos efficiant, vt nobis suæ benignitatis immensæ, ac liberalitatis munera perpetuo largiatur.

Defunctis etiam hominibus quorũ manes vel animæ purgatorio igne a delictorum sordibus emundantur, ius suum superstites tribuere debent, hoc est, intercessiones, suffragia, satisfactiones, restitutiones, ac merita, & cuncta pietatis & misericordiæ opera, ad quę ipsi iam mortui tenerentur si uiuerent.

Vniuersis autem mortalibus nobiscum viuentibus ius suum est tribuendum per obseruationem legis naturæ, qua conari eos oportet, vt ea cæteris bona velint, & si valuerint etiam conferant, quę sibi vellent si qua angustia, siue necessitate præmerentur cõferri, & sibi caueant, ab illatione malorum omnium, quæ sibi ex rectitudine rationis nollent inferri. Maioribus autem, & sublimioribus obedientia & reuerentia, æqualibus vero honestum & familiare obsequium, minoribus autem seu inferioribus comis benignitas, & affabilis humanitas semper est ostendenda, & exhibenda.

Cæteris autem creaturis ac rebus ad scientias vel artes vel ad uitæ necessitatem, vtilitatem, commoditatem ac dignitatem spectantibus ius suum homines reddent, nisi fruendis vti & vtendis frui uoluerint. Remouendus est enim a mentibus humanis omnium rerum abusus, quoniam expedit rei publicæ ac priuatæ nequis rebus suis abutatur.

Caput Quinquagesimum Nonum continens Distinctiones Iustitię.

IVstitia Dei est diuina substantia increata, & idem quod ipse Deus, quæ si consideretur ex parte no-

ſtri, dici debet imperatiua, præceptiua, prohibitiua, conſiliatiua, permiſſiua, operatiua, & ordinatiua legis & fidei.

Iuſtitia numinum ſeu angelorum quæ Deo ſemper aſſiſtunt eſt executiua voluntatis diuinę, & directiua voluntatis humanæ.

Iuſtitia humana eſt generalis, ad omnes homines pertinens, vel ſpecialis ad magiſtratus iudices dominos, ac principes ſpectans, vel commutatiua rerum, & pecuniarum, vel diſtributiua officiorum & dignitatũ, publica, vel priuata, præmiatiua & punitiua, Ciuica enim iuſtitia eſt iudicatiua terminans lites, & puniens quos reperit ſontes, prouida autem iuſtitia ciuium commodis, & publicę vtilitati atque ſaluti ſemper inuigilat. Eſt enim conſideranda iuſtitia quo ad obiectum formam actum, materiam, habitum, finem, intentionem executionem electionem, permiſſionẽ, cauſam, effectum, ordinem, modum, imperium, directionem, ſtatum, principium, medium, terminum, in ſe, in alio, in homine ſolitario, & ſociali, quo ad dominium vel ſubiectionem, opus, mercedem, abſolute, & in reſpectu, quod ad vtilitatem & lucrum vel quo ad iacturam & detrimentum, meritum ſeu demeritũ, quo ad voluntatem ſeu neceſſitatem, libertatem & obligationem, quo ad ſubiectum vel agens, quo ad apprehenſionẽ intellectus vel voluntatis, cognitionẽ vel executionem, quo ad vim concupiſcibilem vel iraſcibilem, quo ad bonum ſocietatis vel ſingularis perſonæ, quatenũs iuſtitia ordinat hominem ad bonũ commune, vel particulare ſui ipſius vel alterius, quo ad preceptum legale vel regale, quo ad ciuitatem vel familiam, ſeruũ vel filium, vxorem & filiam, & tandem ſecundum omniũ hominum ſtatus varios & gradus diſtinctos, differenteſq; conditiones quibus ſalutaria officia iuſtitię, ex charitate ſunt perpetuo exhibenda.

Caput

Caput Sexagesimum continens Proprietates & effectus Iustitiæ.

IVstitia dicitur æquabilis, appetenda, benefica benigna, bona, constans, custodienda, curialis, diligenda, exercenda, firma, immortalis, inchoata, laudabilis, magna, paranda, perfecta, perpetua, recipienda, reciproca, sacra, salubris, sancta, sectanda, seruanda, vtilis, semperque tenenda, eo quod mercedem, salutem, coronam, & vitam iustis retribuat sempiternam. Nam salus animę consistit in sanctitate iustitiæ.

Effectus autem iustitiæ sunt quamplurimi, ac potissimum illi quibus Deus a malis eripit, diligit, protegit, honorat, beat, & glorificat iustos, iniustos autem misericorditer punit. Nam Iustitia sine misericordia est crudelitas, & misericordia sine iustitia est fatuitas.

Dicitur etiam iustitia Deo grata, hominibus necessaria, splendida instar solis, ante omnia requirenda, distincta a misericordia, imperans actus aliarum virtutum cunctis proficiens suam dignitatem vnicuiq; tribuens, a uiris bonis optata, puniēs improbos, coercens iniquos, legens sanciens, fędera iungens, ordinans cuncta in bonum, inopiam subleuans atq; sustentans, voluntatem in deum dirigens, munditiam mentis conseruans, criminum impedimenta repellens, nihil peruiolentiam faciens, sponte ac recte officio suo fungens omnia recte agens, non declinās ad dexteram neq; ad sinistram, inuidiam remouens, seditiones dissidia & discordias sedans, Decus custodiēs furta ab hominans (fur enim furem non patitur) a natura cordibus hominum indita, eleuans inopes, appetitum refrenas, libidinem cohibens a malo culpę & pænæ præseruans, bona, temporalia præbens, pacem coseruans, ambulans ante Deum, præparans Dei

ſedem, a morte eripiens, iniuriam repellens. & tutũ hominem illæſumq; cuſtodit. Multi in ſuper iuſtitiæ effectus poſſunt conſiderari, quę præcepta & offi cia ſi loqnendı modus conuenientur aptetur, poſſunt a ſapientibus rite vocari.

Nam declınat a malo et facit bonum. Deo credit & ſeruit, Deum timet & amat creatori & non creatu ris præſertim malis placere ſatagit, fidem ſeruat eandemq; non frangit, vitia deuitans ſequitur virtutes intellectuales atq; mora les, relinquit prauas conſue tudines ac retinet bonas, lætatur de bonis at non de malis aliorum, Patriam tuetur, nec deſerit, auaritiam deuitat & liberalitatem ſectatur, leges non negligit ſed ipſis obtemperat, maiores natu veretur, & nemi nem inferiorem deludit tumultus ſedat, & fugit rumores iniurias actiue & paſſiue a ſe ab alijs quę pro pulſat, ignauiam, ocium, ignorationem & impruden tiam a ſe & quantum fas & iura ſinunt a cæteris etiã remouet, mendacia reſpuit, ac veritatem diligit, negligentiam omnem abijcit, rebuſq; agendis maximã ſemper diligentiam adhibet, nihil nimis aut fruſtra, vel temere facit, ſed cuncta ad debitum finem perdu cit, reiectis ſimultatibus pacem & concordiam ſequi tur, neminem decipit ſed optima conſilia prebet, vt Deum ſequatur mundi vanitates & ınſanias falſas cõ temnit, non præbet ſe contemptibilem aut ridiculum ſed in ſua vocatione permanet uir iuſtus donec ſibi dicatur amice aſcende ſuperius, non eſt animo elato in proſperis nec abiecto in reb⁹ aduerſis parta tuetur nec diſſipat, ſine alterius detrimẽto neceſſaria vitę cõ moda & ſubſidia querit, agnatorum curam protectio nemque ſuſcipit neminemq; deſerit nec derelınquit, aliena non appetit, ſed inopibus ſubuenit, ablata reſtituit, ac nemini iacturam infert, abſq; dilatione vel mora præbet mercedem, & neminẽ anguſtijs coartat, depoſitum & ęs alienum reſtituit ac reddit, & nihil

ſibi

sibi vendicat alieni, formicam & non cicadam imitatur,& ludos omnes sortitionesq; relinquit, honestatē sequitur & non voluptatem, lucrum turpe abhominatur, & honesta negocia tractat, officio suo diligenter incumbit, & inalienam messem falcem non mittit, iniuriam potius patitur quam velit inferre,neminem lædit,& lædentibus propter Deum ignoscit, ab extremis vitiorum recedit, & medium virtutis attingit,nocentem iure non tamen summo & non innocentē condemnat,nemini male & omnibus secundū veritatem benedicit,nemini vnquā & præsertim potentioribus aduersatur, honeste loquitur, & obscæna, turpia,inutilia,contumeliosa & ociosa semper verba deuitat. Possunt etiam multi alij effectus aut officia ex quibus diuersa præcepta constituerentur a iustitiæ virtute deduci, quę ex sacris literis, & earum expositoribus, & ex iure canonico & ciuili, & ex doctrina philosophiæ moralis essent elicienda, nobis autē ista satis esse visa sunt, quibus vnusquisq; rite cosideratis poterit a se vel ab alijs inuētā ad iungere, vt sciat quomodo seruiendum sit Deo in sanctitate & iustitia omnibus diebus vitę suæ, Cogitet itaq; omnis homo quod per iustitiam,erynnes,ac omnes tartareę potestates vna cum suo principe fuerunt e cęlo deiectæ, Adam paradiso exulauit,mulier fuit subdita viro, terra maledicta, Humanum genus totum fere aquis diluuij obrutum pharao propter abrahæ vxorem punitus, per iustitiam linguæ tempore Nemrot fuerūt cōfusę,gentesq; dispersę, sodoma cum finitimis vrbibus exusta,ægyptij primo fame deinde plagis seu flagellis afflicti milites cum pharaone in mari rubro demersi.

Per iustitiam populus hæbreorum in deserto fuit varie cruciatus,moyses ab ingręssu terræ promissionis exclusus, soror moysis lepra percussa,core datam, & abiron fuerunt voragine ingenti absorpti, hostes istrae-

iſraelitici populi varijs cladibus expugnati.

Per iuſtitiam, ſaul fuit reprobatus, Dauid filij bel lo, ac peſte cum populo ſuo fuit afflictus, regibus hæbreorum ærumnæ variæ acciderunt, ſennacheribd amiſſo exercitu, a ſuis filijs fuit in tēplo necatus, populus iſrael in babyloniç captiuitatem abductus, nabucdonoſor rex in beſtiam cōmutatus, balthaſar eius filius regno, uita, & poſteritate priuatus, hieruſalem ac templum, agentibus tempore machabeorum conta minatum atq; pollutum.

Per iuſtitiam iniuſti homines a Deo traduntur in deſideria cordis eorum, in immunditiam, vt faciāt ea quç non conueniunt, cum ſeruiant creaturæ potius quam creatori, traduntur etiam iniqui in reprobum ſenſum, in paſſiones ignominiæ ſicq; omnibus reple ti criminibus, atque delictis cum habeant impenitens cor, damnationem ſibi acquirunt, & omnibus gloriç bonis priuati gehennæ incendium ſibi theſaurizant æternum.

Per iuſtitiam ſacra numina ſeu angeli effundunt phialas ſuas varijs flagellis & plagis repletas in terrā vt impij homines iuſtiſsimo Dei iudicio puniātur.

Per iuſtitiam flagitioſi homines varijs curis, angoribus, laboribus, doloribus, perturbationibus, anguſtijs, neceſsitatibus, ærumnis calamitatibus, alluuioni bus, incendijs, cruciatibus, ſeruitutibus, ſubiectionibus, carceribus, triremibus, relegationibus, vinculis, captiuitatibus, bellis, direptionibus, peſtilentijs, famibus, egeſtatibus, malis beſtijs, & aere corrupto affli guntur, ac tandem ſine aliqua ſpe redemptionis dam nandi perpetuo moriuntur, niſi reſipiſcant a diaboli laqueis. Conentur itaque omnes & ſinguli homines ita Deo uiuere ſemper, vt eius gratiam & gloriam iu ſte & pie uiuendo conſequi mereantur, glorificent ipſum Deum optimum maximum vnum ac trinum, cui ſoli immortali & inuiſibili regi ſeculorum ſit ho-

nor

nor & gloria semper & vbique, Amen.

Reducuntur ad iustitiam fides politica timor Domini, obsequium Dei, contemptus mundi, beneuolentia, pax,concordia,tranquillitas animi, Religio, latria,hyperdulia,dulia, veracitas,simplicitas puritas, odiũ cuiuscunq; fraudis ac doli, Pietas,deuotio, probitas, honor parentum.sanctitas,innocentia, bonitas integritas,benignitas,beneficentia,clementia, mãsuetudo,honestas Decus verecundia,moderatio,humanitas vrbanitas,amicitia,affabilitas,cõstantia firmitas, perseuerantia stabilitas, magnanimitas, magnificentia, liberalitas, & munificentia, condecentia, decorũ,obędientia patientia,tolerantia taciturnitas, seueritas, austeritas,æquanimitas,grauitas, disciplina correptio correctio,& castigatio,pænitudo (nã pœnitentia est Sacramentum)renouatio uitę mutatio morum malorum,efficax desiderium bene operandi, humilitas, abnegatio sui ipsius, apprehensio crucis,sequela CHRISTI, festiuitas orationis, eulalia, lepiditas,euphimia, honorificentia,reuerentia obseruantia gratitudo ęquitas,lenitas,facilitas,placabilitas & multę alię species virtutum actionum,& morum possunt ad ęquitatem, iustitiamq; referri, quas vnusquisque sapiens poterit prędictis adscribere.

Caput Sexagesimum Primum Continens Notiones Fortitudinis.

1 Fortitudo est mediocritas inter metum audaciamq; consistens,& vtrunq; a se recta ratione repellens.

2 Fortitudo est potentia facile operandi,& difficile a contrario patiendi.

3 Fortitudo est animi prestãtia illata ab hostibus mala strenue pugnando pro ęquitate repellens.

4 Fortitudo est animi vigor, intrepide persistens in

his

his quæ sunt difficilia ad sustinendum.
5 Fortitudo est vis animi sustinens in commoda in exterioribus passionibus quæ corpori infliguntur.
6 Fortitudo est rationalis aggressio terribilium, cum stabili si oporteat eorum perpessione.
7 Fortitudo est virtus remouens omnia impedimenta retrahentia voluntatem a recto ordine rationis.
8 Fortitudo est affectio animi qua detrimẽta omnia perferuntur rerum quæ nõ sunt in potestate nostra
9 Fortitudo est robur mentis, quæ in infirmitate carnis valde perficitur.
10 Fortitudo est animi qualitas consulto subiens res vehementer arduas & plenas laborum atq; periculorum.
11 Fortitudo est abiectio desidiæ.
12 Animi in sustinendis periculis moderatio.
13 Audaciæ compressio.
14 Certaminum victoriæ causa.
15 Contemptus pro salute publica mortis.
16 Corporis robur.
17 Damni remotio.
18 Defensio æquitatis.
19 Doloris voluntaria in necessitate perpessio.
20 Expulsio timoris.
21 Formidabilium rationabilis paruipensio.
22 Furoris hostilis extinctio.
23 Impetus inimicorum inuasio.
24 Laborum susceptio.
25 Molestiarum reiectio.
26 Nocumentorum repulsio.
27 Resistentia impugnationum atq; victoria.
28 Terroris illati explosio.
29 Tolerantia horribilium voluntaria.
30 Torporis valida expugnatio.
31 Fortitudo est militaris peritia, a rerũ vsu ꝑfecta, aduersus horribilia cũ aliquo discrimine opẽ ferẽs.

32 For-

32 Fortitudo ē intrepidus animę vigor noxia cũcta, laborē, & dolorē uiriliter ac libēter tolerãdo repellēs

33 Fortitudo est animi ardor proxima pericula honestatis, & securitatis & non iracundiæ, seu doloris illati aut necessitatis causa subiens.

34 Fortitudo est virtus absq; metu temporalia mala, vi mentis & corporis quietem ac securitatem quęrendo propulsans.

35 Fortitudo est quæ pro amore Dei prospera & aduersa cõtēnit & omnes molestias sęculi ꝓpter Deũ ęquo animo suffert; cum sit toto corde amandus.

36 Fortitudo est firmitas animi superans omnia detrimenta, tristesq; iacturas cum laborum ac periculorum considerata susceptione.

37 Fortitudo est voluntaria laboriosarum actionum susceptio circa obiecta passionum consistens.

38 Fortitudo est immobile propositum strenue se defendendi, & vim ui quantum liceat repellendi.

39 Fortitudo est naturalis potentia per quam homo resistere naturam corrumpentibus potest.

40 Fortitudo est indefessa animi cõstantia, qua in improuisis terroribus viriliter ac tuto congressus hostiũ perferuntur, in quibus dimicans intrepidum se impauidum atq; imperturbatum ostendit.

Caput Sexagesimum Secundum continens Notiones Mediocritatis.

1 MEdiocritas est medietas inter parum & nimium constituta.

2 Mediocritas est medium ab vtroque extremorum semper ęqualiter distans.

3 Mediocritas est qualitas remouens ab omnibus rebus excessum atque defectum.

4 Mediocritas est moralium virtutum mensura, qua

sibi-

sibi cauet sapiens ne quid nimis agat vel patiatur.

5 Mediocritas est regula modi in cunctis virtutum actionibus obseruandi.

6 Mediocritas est rectitudo rationis dirigens actus humanos, ad virtutem sectandam per extremorum deuitationem.

7 Mediocritas est moderatio animi in prosequendis voluptatibus & fugiendis doloribus medium tenēs.

8 Mediocritas est virtutis & rationis norma nihil magis & minus quam deceat operando requirens.

9 Mediocritas est electio sufficientis boni cum deuitatione superflui ac diminuti.

10 Mediocritas est immensæ cupiditatis reductio ad terminum proportionali necessitati conuenientem.

11 Mediocritas est scopus ab hominibus virtutem sequētibus ex honestis sēper actionibus attingēdus.

12 Mediocritas est moralium virtutum perfectio generalis ingentem vitiorum turbam sapienter deuitans.

Caput Sexagesimum Tertium continens notiones Metus.

1 Metus est expectatio imminentis mali horribilis mentē hominis a sua quiete pertubās.

2 Metus est existimatio alicuius mali terribilis mox futuri dolorem corruptiuum inferentis.

3 Metus est afflictionis ingruentis passio quæ paulo post dolorem est illatura.

4 Metus est animi perturbatio ab illis malis prouenienes quæ naturę interitum videtur posse afferre.

5 Metus est præuisio mali futuri a quo plurimum nocumenri potest inferri.

6 Metus est affectio animum opprimens ob propinquitatem illius mali quod sua magnitudine humanæ

manæ virtutis proportionem excedit.

7 Metus est animi motus corpoream salutẽ ex optãs & molestias omnes fortiter subeundas refugiens.

8 Metus est animi molestia cor hominis malum cito futurum considerando perturbans.

9 Metus est animi angor malum paulo post sustinendum perpendens.

10 Metus est perferendorum suppliciorum cogitatio mentem vehementer affligens.

11 Metus est appropinquantis mali consideratio, spiritum hominis perturbando exagitans.

12 Metus est imbellis animi angustia, malũ mox sufferendum valde abhorrens.

Caput Sexagesimum Quartum continens notiones Audaciæ.

1 AVdacia est animi impulsus ad periculum sua cupiditate, & non pro communi vtilitate ferendum.

2 Audacia est præceps animi furor, aliquid sine consilio operantis.

3 Audacia est aggressio importuna cõtentionis absq; ratione susceptæ.

4 Audacia est animi concitatio ad omne facinus temere obeundum.

5 Audacia est nimia confidentia mentis suscipiens impudenter, vel imprudenter quemcunq; laborẽ.

6 Audacia est imperiti animi uis, inducens amentem ad quodlibet opus in considerate agendum.

7 Audacia est temeraria cupiditas cuncta negocia turbulenter adorientis.

8 Audacia est inconsiderata mentis affectio qua petulantes homines, quodcumque libuerit sibi licere putant.

9 Audacia

9 Audacia est impetus animum impudentis ad aliquid sine iudicio rationis dicendum, vel faciendum impellens.
10 Audacia est animi nimium sibi fidentis immoderata qualitas, facinus quodcunq; aggrediens.
11 Audacia est inutilis simulatio fortitudinis nihil mali precauens in rebus arduis.
12 Audacia est preceps propensio mentis hominem temere ad uim inferendam vel repellendam inducẽs.

Caput Sexagesimum Quintum continens Primam Conclusionem Fortitudinis.

Fortitudo est mediocritas.

1 q. est virtus.
2 q. æqualiter ab extremis distat atque recedit,
3 q. medium secundum proportionem attingit.
4 q. excessum semper, deuitat atq; defectum.
5 q. omne superfluum reicit.
6 q. cum sit rectitudo non declinat ad dexteram nec ad sinistram.
7 q. omne nimium remouet cum sit naturę inimicũ.
8 q. contraria expellit quæ cum maxime distent, & sibi ipsis & virtutibus aduersantur.
9 q. inuentio medij est in cunctis rebus apprime necessaria.
10 q. precipit quod est optimum atq; laudabile.
11 q: virtus requirit id quod est minore maius & maiore minus.
12 q. virtus diligenter aduertit, quid, quo, quando, quantum, quoties, quomodo qualiter, quamobrem, & pro quibus aliquid sit agendum.

Caput

Caput Sexagesimum Sextum continens Secundam Conclusionem Fortitudinis.

Fortitudo metum expellit,
1 q. est illi contrarius.
2 q. metus est causa ignauię.
3 q. est vitium.
4 q. minas furentum contemnit.
5 q. vim vi repellens, vim timere non debet.
6 q. viriliter imminentia mala repellit.
7 q. honestatis & publicæ salutis causa pericula subit.
8 q. non tantum superflua a virtute demuntur sed etiam diminuta.
9 q. effæminati est animi omnia formidare.
10 q. defectus omnis repellitur a virtute.
11 q. timentes atq; ideo fugientes hostium suorum congressus, magis & prius vincuntur quam valide & strenue decertantes.
12 q. labores & dolores magis vrgent cum timentur, & longe minus cum viriliter perferuntur.

Caput Sexagesimum Septimum continens Tertiam Conclusionem Fortitudinis.

Fortitudo audaciam reprimendo, & metum a se cohibendo repellit.
1 q. temeritatem deuitat.
2 q. ab omni facinore indigne abhorret & impetum concitati spiritus sedat.
3 q. petulantiam a se expellit.

4 q. non fertur in præceps temere in exitium.
5 q. labores tolerabiles libenter sustinet.
6 q. maxima pericula subit secundum rationem.
7 q. proteruitatem fugat, atq; furorem.
8 q. propter Dei gloriam superat omnia temporalia mala, Fortitudinis enim est aspera pro ęternis pręmijs tolerare.
9 q. non temere desperat propter ignauiam nec nimium sibi fidit, propter cupiditatem.
10 q. quamuis dolores paruipendat non tamen illos absq; honestatis causa sustinet.
11 Fortitudo bene se habet in omnibus malis tolerandis, vel potius superandis.
12 q. moderate aggreditur pericula, ad securitatem postea diutius obtinendam.

Caput Sexagesimum Octauum continens Quartam conclusionem Fortitudinis.

Fortitudo cuncta superat ac vincit aduersa.
1 q. tartarearum in pugnationum nequitias sacro genio adiuuante & diuina gratia protegente repellit, atq; expugnat.
2 q. Diuinę iustitiæ flagella ęquo animo suffert.
3 q. Impiorum hostium sęuitiam domat ac feritatē.
4 q. occultorum inimicorum odium inuidiamque contundit.
5 q. detrahentium oblocutiones reddit falsas atque inanes.
6 q. falsas accusationes contemnit.
7 q. Iniustas sententias reuocat.
8 q. amicitiam simulantium proditiones latentesque iniurias & insidias detegit.

9 q. co-

9 q. cognatorum & affinium simultates ac æmulationes paruipendit.

10 q. perfidiam sociorum ac deceptionem & mundi pericula prospiciendo contemnit.

11 q. ægritudines mentis & corporis a se abijcit; animiq; molestias.

12 q. quęcunq; certamina humanæ vitæ statum bonitatem ac perfectionem impugnantia vincit, & ideo dixit generis humani redemptor suis sanctis apostolis, estote fortes in bello & pugnate cum antiquo serpente, & accipietis regnum æternum.

Caput Sexagesimum Nonum continens distinctiones Fortitudinis.

Fortitudo distinguitur sicut & cæteræ virtutes principales morales & cardinales ratione materię, formę, subiecti, potentiæ, obiecti, habitus, circunstantiarum & finis ab agente principaliter vel secundario intenti. Sumitur etiam fortitudo prouiribus animi; vel pro robore corporis, generaliter & cõmuniter vel specialiter & proprie, pro actu voluntario, morali, & meritorio, vel pro inuito, necessario, & coacto, pro bono interno vel externo, adipiscẽdo vel adepto Consideratur in super fortitudo quatenus pro gloria Dei simul & pro salute propria suffert impugnationes vel tentationes Sathanę vel membrorum vel ministrorum, vel instrumentorum eius, & quatenus superat passiones interiores vel exteriores, ægritudines vel molestias corporis vel animi, carceres vel exilia, supplicia vel blandimenta, res aduersas ab hostibus violenter vel fraudulenter illatas, & fallaces prosperitates, incommoda iacturas, damna, & detrimenta naturam lædentia, labores vel dolores, vulnera uel interitum, persecutiones occultas vel manifestas, odia

vel inuidiam,hoſtes viſibiles vel inuiſibiles , propin. quos vel remotos, inſidias dolos, fraudes, atq; deceptiones,ſimulationes, & fallacias, res arduas, periculoſas, & noxias , ſimultates , lites, rixas,pugnas,contentiones, certamina,altercationes dimicationes , diſcidia ſeu diſſidia congreſſus,conflictus. prælia, & bella , & tandem omnia imminentia mala , quibus vita hominis valde turbatur , a uiro forti diuino auxilio innitenti vincuntur . vt tandem Dei gratia,quietem, ſecuritatem tranquillitatem & proſperitatem ex victoria conſequatur & beatitudinem ſempiternam .

Caput Septuageſimum continens Proprietates , & effectus Fortitudinis.

FOrtitudo vocatur a varijs authoribus ab ira profecta,acris,animi, bouis,brachij,capitis, ciuilis celi,corporis, damaſci,debilitata,equi fracta, gentiũ, honeſtatis cauſa pugnans,inſuperabilis, interrita, intrepita,inuicta, iuuẽtutis,magna,manus,maris,metu nacãs,militaris,mulieris,naturalis,neceſſaria,pharaonis,plebis,plurima,potens,puerilis, regis.regni,robuſta,ſimplicis, ſpiritus,tota,tuta,valida, vehemens,veritatis , vini , virilis .

Per fortitudinem homo Deum letificat , ſathanam ſuperat,hoſtes fugat, victoriam aſſequitur, celorum regnum acquirit,terrena conculcat, peccatum expellit, debiles defendit,victorem glorificat, aduerſarios profligat, æquitatẽ tuetur, virtutes corroborat, aduerſa tolerat, proſpera moderatur, doloribus reſiſtit, impugnantes expugnat de inimicis triumphat , victores coronat , animi debilitatem expellit,mollitiem ſpernit, minas contundit, inimicos,capit ſauciat, profter

nit, cædit & tandem interimit, dolorem æquo animo, perfert, supplicijs non turbatur, pericula caute adit, mortem pro Dei gloria, & sua suorumq; & patriæ, salute sponte subit, pacem præliando requirit, flagitijs non consentit, sed contradicit, tela inimicorum irrita reddit, impetum concitati spiritus reprimit, furorem cohibet, iram & indignationem a se abijcit & tandem impauidus calamitatibus cunctis resistit.

Per fortitudinis virtutem homo vincit se ipsum, & familiares inimicos latrones, & insidiatores tam occultos quam manifestos proditoresq; depræhendit, persecutores necat, & impios omnes coercendo refrenat, in Dei virtute confringit potentias arcum, scutum, gladium, & bellum, appetitum uindictę quantum sat est cohibet, linguam a contumelia & detractione compescit, manum a violentia retrahit, iracundiam excandescentiamq; temperando parcit subiectis, ut Deum per mansuetudinem suę salutis causa imitetur.

Fortitudinis comites & administræ sunt, constantia fiducia magnanimitas, magnificentia, patientia, perseuerantia, securitas strenuitas, & tollerantia, & multæ aliæ quæ vnusquisq; a se ipso Deo fauente poterit inuenire,

Caput Septuagesimum Primum continens Notiones Temperantiæ.

1 Temperantia est virtus in coercendis sedandisq; cupiditatibus, & delectationibus sensuum, auertentibus homines a fructu diuinę bonitatis consistens.

2 Temperantia est habitus animi, cupiditatum malarum, & inhouestarum voluptatum sponte remouens appetitum.

3 Temperātia est mediocritas, voluptates corporeas, & dolores cohibendo repellens.
4 Temperantia est brutalium delectationum rationabilis voluntariaq; sedatio.
5 Temperantia est voluntaria ordinatio bonorũ sensualium, quę ad vitam corpoream requiruntur.
6 Temperantia est uirtus moralis qua homo regit se ipsum, & delectationes suas subijcit rationi.
7 Temperantia est determinatio rationabilis concupiscentiarum, & delectationum secundum humanæ vitę necessitatem.
8 Temperantia est cohibitio superflui aut diminuti vsus in ui concupiscibili bonorum delectabilium ad vitam requisitorum.
9 Temperantia est spontanea moderatio delectationum & cupiditatum obediens rationi.
10 Temperantia est refrenatio vis, ac potentiæ concupiscibilis circa delectabilia bona.
11 Temperantia est abdicatio voluptatum.
12 Abominatio luxus.
13 Ciborum parcitas.
14 Compotationis sobrietas.
15 Compressio libidinum.
16 Concupiscentiæ frenum.
17 Conseruatio sanitatis.
18 Contemptus illecebrarum.
19 Continentiæ decus.
20 Custodia castitatis.
21 Defensio pudicitiæ,
22 Detestatio ebrietatis.
23 Deuitatio crapulę.
24 Expulsio Deliciarum.
25 Extinctio luxuriæ.
26 Gulę retentio, seu repressio.
27 Modestię regula.
28 Modus satietatis vel insatiabilitatis mensura.

29 Re-

29 Remotio voluptatum.

30 Sedatio noxij appetitus.

31 Temperantia est virtus retrahens hominem ab his quæ appetitũ sensitiuum contra rationem alliciũt.

32 Temperantia est moderata & conueniens proportio vsus rerum, quibus homo indiget ad vitam degendam.

33 Temperantia est moderatio humanarum actionũ & passionum a recta ratione procedens.

34 Temperantia est rationis in libidinem, atq; alios animi peruersos, & importunos impetus moderata, & stabilis dominatio.

35 Temperantia est sedatio delectationum quæ pertinent ad conseruationem vitę in indiuiduo siue in specie.

36 Temperantia est cura honesti decoris atque salutis in moderandis delectationibus carnis.

37 Temperantia est contemptus voluntarius omnium desideriorum abducentium hominem a lege diuina.

38 Temperantia est noxiarum, & culpabilium prætermissio voluptatum.

39 Temperantia est abstinentia seu modus, ac terminus apprehensionis bonorum delectabilium, recta ratione præscriptus.

40 Temperantia est amor hominem Deo integrum purum, incorruptumq; conseruans.

Caput Septuagesimum Secundum continens notiones Cupiditatis.

1 Cupiditas est iocunditatis motus sensum alliciens ad sui ipsius adeptionem.

2 Cupiditas est animæ vis præter rationem bona delectabilia quærens.

3 Cupiditas eſt proſecutio apparentis boni cum aliqua voluptate coniuncti.
4 Cupiditas eſt animi impulſus rerum priuationem, & indigentiam repellere ſatagens.
5 Cupiditas eſt opinati boni corpus delectantis requiſitio ſenſualis.
6 Cupiditas eſt vis ſenſitiuá, elegantioris formæ, ſeu pulchritudinis rerum ſuauitatem requirens
7 Cupiditas eſt incitatio animi ad aſſecutionem lætitię ex bono ſperato prouenięns.
8 Cupiditas eſt animi ardor infinitam propemodum bonorum delectabilium atq; vtilium affluentiam quęrens.
9 Cupiditas eſt indomita atq; effrenata perturbatio animi mala ſub ſpecie boni plerunq; requirens.
10 Cupiditas eſt inſatiabilis dominandi libido, & immenſa rerum omnium copia affluendi.
11 Cupiditas eſt immoderatus amor habendi, ingentem bonorum cuiuſcunq; generis copiam.
12 Cupiditas eſt radix omnium malorum inducens hominem ſemper, ad nimiam omnium optabilium rerum poſſeſſionem.

Caput Septuageſimum Tertium continens notiones Delectationis.

1 DElectatiõ eſt voluptas animum ſuauitate ſenſus deliniens.
2 Delectatio eſt iocunditas, ſenſus ad ſe requirendam alliciens.
3 Delectatio eſt gaudium de re optata, & tãdem adepta ſenſum quadam fermè titillatione demulcens.
4 Delectatio eſt omnium partium corporis iocunditas in qua ſenſus omnes quieſcunt.
5 Delectatio eſt ſuauitas optima temperie corpus hominis

minis absq; dolore conseruans .

6 Delectatio est sperata optatę rei adeptio possidenti gaudium afferens .

7 Delectatio est quietatio appetitus per assecutionẽ boni sensibus atq; animo grata .

8 Delectatio est vnio vel coniunctio optantis cum re optata, obtinentem valde lętificans .

9 Delectatio est optabilium rerum perceptio per optimum earum vsum animum exhilarans

10 Delectatio est remotio cuiusq; rei naturam lędentis , dolori, & tristitiæ valde repugnans .

11 Delectatio est animi complacentia ab assecutione optatorum prouenienś.

12 Delectatio est tranquillitas animę & solatium corporis causa adeptorum bonorum vehementer gaudentis ac exultantis .

Caput Septuagesimum Quartum continens notiones Sensus.

1 Sensus est vis animę peruaria corporis organa proprias operationes exercens .

2 Sensus est animæ potentia organica varias rerum species ob suam perfectionem recipiens.

3 Sensus est oppositarum qualitatum apprehensio entium bonitatem aptitudinem ve discernens .

4 Sensus est animæ facultas apprehendens rerum formas absq; materia .

5 Sensus est animę potentia sensibilium rerum qualitates sua temperata medietate recipiens .

6 Sensus est perceptio rei sensibilis cũ debito medio.

7 Sensus est sensorij forma, quæ a temperata qualitate sensibilis conseruatur , & ab immoderata læditur & corrumpitur .

8 Sensus est animalis perfectio vitam optime dirigẽdo conseruans .

9 Sensus est virtus animæ corporeis membris & organis ad vitam tuendam solerter vtentis.
10 Sensus est naturæ viuentis principium corporea cuncta percipiendo diiudicans.
11 Sensus est potentia naturalis formæ corporis animati, quæ patitur sui mutationem ab obiecto sensibili.
12 Sensus est actio, & motus animę per corporis organa vigilando proueniens.

Caput Septuagesimum Quintum continens notiones Fructus.

1 FRuctus est vtilitas ex rebus partis percepta, ad vitę subsidia comparanda.
2 Fructus est annuus rerum prouentus vitę necessitatibus opem ferens.
3 Fructus est laborum sperata vtilitas aliquid lætitię ipsam percipientibus afferens.
4 Fructus est optatum bonum, & tandem adeptum quamuis diutius fuerit expectatum.
5 Fructus est vltimum bonum quod a rebus nascentibus ex terra producitur, atque colligitur, seu decerpitur.
6 Fructus est vberrimum & iocundissimum bonum, ex actionibus & rebus bene gestis proueniens.
7 Fructus est quod post florem a plantis producitur, nisi flos ipse ac semen fructus existat.
8 Fructus est terrę vel aquæ fætus, humanę vitæ commoda subministrans.
9 Fructus est emolumentum ex artibus & officijs hominum necessitate conditionali proueniens.
10 Fructus est bonarum rerum a terra producta substantia vitæ animalium apprime necessaria.
11 Fructus est humanę vitæ subsidium, quo anima-

lia cuncta aluntur & sustentantur.

12 Fructus est diuini muneris beneficium gratis hominibus vitam æternam cupientibus datum.

Caput Septuagesimum Sextum continens notiones Bonitatis.

1 Bonitas est cuiuslibet entis perfectio per se ipsam optabilis.

2 Bonitas est formalis qualitas entium naturalium proprium finem attingens.

3 Bonitas est naturalis potentię terminus aptitudinem entium naturalium continens.

4 Bonitas est suo fini conueniēs omnium rerum proprietas sui ordinis essentiam rite conseruans.

5 Bonitas est virtutum omnium finis a principali agente semper intentus.

6 Bonitas est rei per se appetibilis qualitas cuius vsus est bonus atq; perfectus.

7 Bonitas est sensibilis & intelligibilis obiecti perfectio in proprio genere essentialiter constituta.

8 Bonitas est splendor maximus honestatis delectationem & vtilitatem rerum complectens.

9 Bonitas est honestarū, vtiliū, & delectabiliū conuenientia rerum naturæ ac recte rationi conformis.

10 Bonitas est obiectum animæ verum quod cum sit suę perfectionis diffusiuum optantis ad se attrahit voluntatem.

11 Bonitas est amabilis forma rebus naturaliter indita secundum congruentiam proprię speciei.

12 Bonitas est rerum essentia naturaliter insequens quancunq; formam substantialem.



Caput

Caput Septuagesimum Septimum continens Primam conclusionem Temperantiæ.

TEmperantia consistit in coercendis, sedandisq; cupiditatibus & delectationibus sensuum.
1 q. nimios excessus cohibet atq; defectus.
2 q. sanitatem tuendo ægritudines ad uenire nõ sinit
3 q. brutales omnes affectus repellit.
4 q. exquisitas epulas non requirit.
5 q. ingluuiem reprimit.
6 q. corporeas voluptates spiritualibus non preponit
7 q. Luxum omnem honestatem sectando contẽnit.
8 q. mediocritatem tantummodo semper sectatur.
9 q. perturbatos & inordinatos animi motus ad quietem reducit.
10 q. quantitatem & qualitatem alimenti sumendi recta ratione præscribit.
11 q. carnem domat, ne aduersus spiritum insurgat.
12 q. necessaria tantum ad uitam recte degendam requirit.

Caput Septuagesimum Octauum continens Secundam Conclusionem Temperantiæ.

CVpiditates & delectationes sensuum absq; temperantia, homines a fructu diuinæ bonitatis percipiendo auertunt.
1 q. illi sunt inimici crucis christi quorum Deus venter est.

2 q. sape-

2 q. sapere secundum carnem mors est.
3 q. terrestria tantum & humana quęrentes diuina relinquunt.
4 q. crapula & ebrietas sunt incentiua libidinum.
5 q. voluptates impediunt animum ne possit esse purissimum Dei templum.
6 q. recedit a creatore qui sequitur creaturas.
7 q. nocet empta dolore voluptas.
8 q. opera carnis fructibus spiritus aduersantur.
9 q. caro concupiscit aduersus spiritum.
10 q. esca non commendat nos Deo.
11 q carnis cura non est indesiderijs facienda.
12 q. ideo dixit lux veritatis attendite ne grauentur corda vestra crapula & ebrietate.

Caput Septuagesimum Nonum continens distinctiones Temperantię.

Temperantia cum sit virtus principalis cardinalis atque. moralis distinguitur secundum generalem & communem acceptionem, vel secundum specialem & propriam conditionem virtutis, & secundum varios modos considerandi distinguitur quo ad eius causam subiectum potentiam, obiectum & varios actus eiusdem interiores vel exteriores, pertinentes ad dominium & imperium rationis & spiritus vel ad subiectionem & famulatum sensuum & carnis, ad consecutionem boni vel remotionem mali, prout remouet turpitudinis fæditatē, & affectum brutalem vel prout tuetur decori proportionem & naturalem inclinationem seu dispositionem ad ea optanda, quibus ad vitam pro conseruatione indiuidui vel speciei est recte vtendum, & nullatenus abutendum. Potest etiam distingui temperantia secundum moderationem perturbationum vel passionum

animi

animi vel fecundum firmitatem in bono, fecundum delectationes guſtus vel tactus, fecundum affectionem vel commenſurationem rei conuenientis, fecundum materiam propriam vel communem, fecundum oblectationem animi vel corporis, fecundū menſuram neceſſariam, & congruam ſubſtantiam alimenti, vel fecundum preparationem lautam & exquiſitū ſaporem ciborum, fecundum corporis ſubſtentationem vel voluptatem, fecundum finem operantis vel operis, fecundum concupiſcentiam ac delectationem nimiam & ſuperfluam, vel modicam aut nullam, qualis eſt in illis ſanctis hominibus, qui temperantiæ nō modo abſtinentiam ſed & vitæ quoque auſteritatem adiungunt.

Caput Octuageſimum continens Proprietates & effectus. Temperantiæ.

TEmperantia dicitur a diuerſis authoribus, æquabilis, bona, congrua, Deo grata, expediens, facilis, firma, frugalis, honeſta, incolumis, iocunda, laudabilis, libidini oppoſita, moderata, modica, obediens, opportuna, ordinata, proportionalis, rationabilis, ſalubris vel ſalutaris, ſedata. ſuauis, tolerabilis, vtilis.

Per temperantiam homo diuinæ legi obtemperat diabolum ſuperat, regit ac vincit ſeipſum, appetitū ſubijcit rationi, cōcupiſcentias refrenat, cauet ne quid nimis excedendo vel deficiendo committat, noxias voluptates dimittit, modum cupiditatibus ac finem imponit, impetus animi cohibet a delectationibus prauis, pænitenda vitat, voracitatem domat, honorē cuſtodit, ſuperfluitatem dimittit, hominem Deo gratum

tum & quodammodo similem reddit, rerũ vsum mẽsurat & earundem abusum deuitat, cor purum sincerum, mundumq; conseruat, carnis infirmitatem corroborat, bonã valetudinem tuetur malamq; repellit sibi cauet ab excessu cibi & potus atque venereorum, somni torporem expellit vigilantiam inducit, mensuram refectionis non excedit, & alia quamplurima bona operatur, sicut probari potest per multa hominum sanctorum exempla, quæ vnusquisq; peritus inuenta in sacris literis facile poterit ad notare.

Referuntur ad Temperantiam Abstinentia, Austeritas, castitas, clementia, continentia, frugalitas, honestas, moderatio, modestia, parcitas, parsimonia, pudicitia, sobrietas, verecundia, vigilantia, virginitas, & similia.

Caput Octuagesimum Primum continens notiones Gratię.

1 Gratia est benignitas miserationis diuinæ rationalem creaturam a cunctis miserijs prorsus eripiens, ac prębens omnium agendorum prosperitatem.

2 Gratia est naturalium & supernaturalium beneficiorum diuinitus facta collatio, qua vniuersis creaturis cõmunicatum est esse & viuere his quidem clarius cæteris autem obscurius.

3 Gratia est diuinus influxus generalis vel specialis conseruans omnium creaturarum esse in proprio genere.

4 Gratia est perfectio essendi gratuita omnibus entibus diuina benignitate donata.

5 Gratia est diuinum subsidium præueniendo, comitando, & subsequendo conseruãs intellectualẽ creaturam in bono (nisi obicem ponat) ne in malum aliquod prolabatur.

6 Gra-

6 Gratia eſt ſpeciale auxilium rationali creaturæ diui nitus infuſum, ad ea munia obeunda, quibus adim plendis natura non ſufficit.

7 Gratia eſt ſupernaturale donũ nec naturæ nec perſonæ debitum ſpecialiter adiuuans intellectualem creaturam ad promerendum vel obtinendum ſuæ beatitudinis finem.

8 Gratia eſt bonum gratis a Deo ſuſcipienti, ob ſui. vel aliorum vtilitatem exhibitum.

9 Gratia eſt Dei adiutorium inducens hominem ad aliquid propter Deum recte cognoſcendum, volendum, & agendum quo Deus efficit nos formaliter ſibi gratos.

10 Gratia eſt interior motus diuinæ inſpirationis dirigens hominis intellectum & voluntatem in Deũ.

11 Gratia eſt animę Decus, nitor, ſplendor, & ornamentum.

12 Ars recte viuendi retrahens hominem a malo culpæ vel pænæ.

13 Beneficium roganti gratis collatum

14 Conuerſio ad bonum & auerſio a malo.

15 Deo acceptorum operum fundamentum.

16 Deteſtatio & abominatio peccatorum;

17 Diſpoſitio ad gloriam.

18 Donum a patre luminum deſcendens in animam.

19 Excluſio defectuum.

20 Expulſio malorum.

21 Gloria inchoata,

22 Lux mentis, ſeu manifeſtatio ſpiritus ad vtilitatẽ.

23 Merendi principium.

24 Participatio diuinæ bonitatis.

25 Perfectio naturæ.

26 Rectificatio liberi arbitrij.

27 Reformatio imaginis deformatę.

28 Reuelatio veritatis.

29 Salutis initium.

30 Voluntatis humanæ conformitas ad diuinam.

31 Gratia est Dei protectio contra varios tentationum incursus corroborans hominem, vt cōtinuum habeat propositum vsq; in finem efficaciter in bono perseuerandi.

32 Gratia est reparatio naturæ lapsæ conseruans hominem in bono, & remouens ab eo deformitatem peccati, naturę corruptionem, cuiuscunque penæ reatum.

33 Gratia est Dei beneficium homini supra facultatē naturæ & supra meritum personæ collatum, mouēs & adiuuans eum ad recte agendum ita ut eius voluntas diuinæ semper legi parendo subijciatur.

34 Gratia est mentis corroboratio malo resistens & semper in bono proficiēs, qua fit copulatio & vnio seu coniunctio hominis cum Deo.

35 Gratia est pręparatio voluntatis disponens hominem ad charitatem habendam propter assecutionē vitæ æternæ.

36 Gratia est principium vitę spiritualis conuertens, & faciens intellectualem naturam perficiendā suæ felicitatis obiecto immobiliter, & inseparabiliter adherere.

37 Gratia est accidentalis forma diuinitus infusa perficiens animæ essentiam vt per virtutes eiusdē quoque potētię in ordine ad gloriā prorsus perficiātur.

38 Gratia est diuinę bonitatis communicatio, dans omnibus entibus formam essendi & uirtutem rectē secundum propriam speciem operandi.

39 Gratia est beneficiorum recognitio acceptorum, cum efficaci remunerandi voluntate coniuncta.

40 Gratia est purificatio voluntatis illuminatio mentis, & animæ perfectio, qua homines cognoscunt se Dei liberalitate esse quod sunt, & sibi caueant ne uacua in se ipsis existat.

Caput Octuagesimum secundum continens notiones Benignitatis.

1 Benignitas est animi qualitas procliuis ad miserendum.
2 Benignitas est virtus hominem ad aliorum vtilitatem inducens.
3 Benignitas est affectus animum promptum ad benefaciendum alicui re ipsa significans.
4 Benignitas est habitus bonitatem animi erga alios indicans.
5 Benignitas est vis animi affectum alijs benefaciendi cum effectu sponte coniungens.
6 Benignitas est voluntatis propensio ad beneficia conferenda.
7 Benignitas est benefica voluntas liberaliter aliquid largiendi.
8 Benignitas est beneuolentię indicium præbens grato animo aliquod emolumentum recipienti.
9 Benignitas est qualitas animos ipsorum ad se alliciens quibus aliquid fuerit vtilitatis oblatum.
10 Benignitas est voluntatis alacritas obsequio animos hominum vltro sibi deuinciens.
11 Benignitas est hilaris voluntas liberaliter alijs benefaciendo proficiens.
12 Benignitas est mentis complacentia remouens ab alijs quantum fas est per beneficentiam omnem molestiam atq; miseriam.

Caput Octuagesimum Tertium continens notiones Miserationis.

1 Miseratio est animi affectio corruptiuum malum ab indigno repellens.

2 Mi-

2 Miseratio est affluentia diuinæ bonitatis iustitiæ rigorem tranquilla mente remittens.

3 Miseratio est clemẽs ac pia remotio miseriæ alienę

4 Miseratio est inclinatio animi res aliorum aduersas repellere quærens.

5 Miseratio est animi motus inducens ad subueniendum egeno seu languenti.

6 Miseratio est miseriarum intuitus subleuans afflictum a mærore seu angustia.

7 Miseratio est condonatio debiti prebens delinquentibus culparum indulgentiam absolutionem atq; remissionem.

8 Miseratio est relaxatio doloris & pænæ cui se peccator delinquendo subiecit.

9 Miseratio est diminutio & mitigatio mali & pęnæ peccantibus infligendæ.

10 Miseratio est ablatio totius vel partis miseriæ præsentis aut futuræ.

11 Miseratio est præseruatio ab imminentibus malis culparum atq; pænarum.

12 Miseratio est liberatio sustinentium ærumnas calamitates atq; miserias, & ereptio a cunctis hostibus mentis & corporis.

Caput Octuagesimum Quartum continens notiones Creaturę.

1 Creatura est opus ex nihilo diuina benignitate productum.

2 Creatura est opificium summę diuinitatis per vestigium similitudinem atq; imaginem suum conditorem representans.

3 Creatura est res nulla pręsupposita materia diuinitus constituta in numero pondere & mensura.

4 Creatura est ens diuinitus in suo genere productum

ctum, continens modum ſpeciem & ordinem.

5 Creatura eſt ens a Deo emanans quod habet in ſe ſubſtantiam virtutem & operationem.

6 creatura eſt ſubſtantia cum ſuis accidētibus a Deo ex nihilo condita continens in ſe vnitatem veritatem ac bonitatem.

7 Creatura eſt ſimplex emanatio rerum a primo principio in ſua ſpecie productarum.

8 Creatura eſt ſubſtantia ſpiritualium & corporearum rerum nulla materia pręiacente producta.

9 Creatura eſt ens cui diuina bonitate communicatum eſt eſſe & viuere ſecundum exigentiam ſui ſtatus.

10 Creatura eſt ſubſtantia ſimplex vel compoſita diuinæ bonitatis participatione ſubſiſtens.

11 Creatura eſt effectus Dei, qui vniuerſum mundū ex nihilo ſuam optimę voluntatis bonitatem illi communicando produxit.

12 Creatura eſt rerum a primo principio cauſatarum voluntaria productio ad ſui laudem & gloriam conditoris.

Caput Octuageſimum Quintum continens notiones Miſeriæ.

1 Miſeria eſt ſtatus omnium malorum perpeſſioni ſubiectus.

2 Miſeria eſt afflictio animi vel corporis ob ſubiectionem peccatorum hominem vehementer excrucians.

3 Miſeria eſt pęna ex ordine diuinæ iuſtitiæ peccanti ſcienter ac voluntarię debita.

4 Miſeria eſt oppreſſio,ærumnarum perpeſſione hominem vehementer affligens.

5 Miſeria eſt bonorum priuatio & calamitas inquam

inci-

incidere merentur qui sponte delinquunt.

6 Miseria est malorum subiectio, quam male agentes & bonum ommittentes debent ob sua flagitia substinere.

7 Miseria est auuersio voluntatis a Deo, semper malefacere saltem habitualiter cupientis.

8 Miseria est peruersę voluntatis obstinatio in malo nihil vnquam boni propter Deum efficere quęrens

9 Miseria est malæ conscientiæ reatus ex varijs criminibus animum hominis valde exagitando perturbans.

10 Miseria est passio mali naturam lędentis, dolorem inferentis & corrumpentis priuationi bonorū semper adiuncta.

11 Miseria est bonorum contemptus in detrimentum contemnentis semper proueniens.

12 Miseria est eiectio bonorum, & malorum electio perniciem Deum negligentibus afferens.

Caput Octuagesimum Sextum continens notiones Prosperitatis.

1 PRosperitas est diuinę bonitatis afflatus & inspiratio, qua sancti homines Deo semper adhærent.

2 Prosperitas est supernaturale sanctorum numinum auxilium hominibus optata, ceu virgula diuina concedens.

3 Prosperitas est placidus vitę cursus perpetuo sine offensione procedens.

4 Prosperitas est continuus secundarum rerū euentus

5 Prosperitas est optabilium bonorum remotis omnibus malis perpetuo retinenda possessio.

6 Prosperitas est omnium humanarum intentionum finis absq; impedimentis adeptus.

7 Prosperitas est virtutis vsus cum beneuolentia maiorum ob uitæ puritatem atque perfectionem coniunctus.

8 Prosperitas aduersitati contraria est commoditas vitæ continuam æquabilitatem conseruans.

9 Prosperitas est omnium bonorum virtute duce, & comite fortuna facilis assecutio.

10 Prosperitas est tranquillæ vitæ securitas perpetuo bonis omnibus affluens.

11 Prosperitas est animi quies malo semper & bono proprio nunquam repugnans.

12 Prosperitas est diuinæ gratiæ affluentia, hominē a cunctis hostibus mentis & corporis misericorditer protegendo præseruans, ac semper in bono custodiens.

Caput Octuagesimum Septimum continens Primam Conclusionem Gratiæ.

Gratia Dei rationalem creaturam a cunctis miserijs eripit.

1 q. sue diuinæ bonitatis participem efficit.
2 q. ad se attrahit.
3 q. se diffundit.
4 q. mala committere non sinit.
5 q. bona relinquere non permittit.
6 q. mala culpæ remittit.
7 q. mala pænæ non infligit.
8 q. a reatu absoluit.
9 q. diuinę naturę consortes efficit.
10 q. spiritu sancto replet.
11 q. in gloria constituit.
12 q. æternæ vitæ beatitudinem confert.

Caput Octuagesimum Octauum continens Secundam conclusionem Gratiæ.

GRatia Dei omnium agendorum præbet prosperitatem.

1 q. facit inuenire media ordinata ad finem cito & facile consequendum

2 q. remouet omnia impedimenta salutis adipiscẽdæ

3 q. hostium insidias & inuidorum nequitias aduersari non sinit.

4 q. insurgentes congressus iniurias, insultus & latentes dolos ac fraudes facilę superat.

5 q. dirigit gressus hominis in semitis Dei.

6 q. eripit a peccatorum subiectione ac seruitute.

7 q. ab impugnationibus ne dum expugnationibus hostium visibilium & inuisibilium semper fauendo tuetur.

8 q. nihil temere nec frustra seu perperam nec per errorem vel imprudentiam fieri sinit.

9 q. liberat ab vniuersis malis agendis & patiendis.

10 q. mala pænæ culpas non imputando relaxat.

11 q. multa & varia diuinæ benignitatis ac liberalitatis munera confert.

12 q. naturæ dona illęsa ęternam gloriam super addendo conseruat.

Caput Octuagesimum Nonum continens Distinctiones Gratiæ.

GRatia distinguitur prout comparatur ad suum principium, essentiam, subiectum, oppositum initium medium, augumentum, complementum, effe-

ctum, dispositionem, participationem, plenitudinem profectum, & exhibitionem, subtractionem, acceptationem, recusationem, meritum, prœmium, ordinatione, inchoatione, & finem. Diuiditur etiam gratia in preuenientem comitantem, & subsequente, operantem & cooperantem adiuuantem, erigentem affectum vel intellectum, diuinam, humanam, vnionis, adoptionis, gratis datam gratum gratum facientem, collatam alicui pro se vel pro alijs, præseruantem, liberantem ammissibilem inammissibilem, primam, secundam, vniuersalem, singularem, permanentem, recedentem, propriam uel communem. Consideratur etiam gratia multipliciter ex parte diuersorum effectuum, hinc fit vt quedam sit gratia sacramentorum, & virtutum, quædam capitis & membrorum, immensa, finita, predestinationis, vocationis, iustificationis, magnificationis, & glorificationis, cogitationis, volitionis, protectionis, saluationis sanctificationis, reparationis, ordinationis, preparationis, executionis, & perfectionis, & multis alijs distinctionibus perpendeda sunt munera gratiæ cælestis atq; diuinæ, quibus uita hominis præsens, ita Deo grata semper existat ut denique ad optandã felicitatẽ perueniat sempiternã.

Caput Nonagesimum continens proprietates & effectus Gratię.

GRatia dicitur in sacris literis, & earum expositoribus, abundans, accepta, bona, data, Dei & Domini nostri Iesu Christi, diffusa, eminens, fallax, falsa, fatuorum fideiussoris, hominis, inuenta, magna maior, mulieris, multiformis nota, plena, reddita, reposita, salutaris, sanitatum, Spiritus Sancti, uacua, uera, & vtilis. Cognoscitur autem gratia per effectus illi conuenientes, Nam mentem purgat, illuminat,

perficit,

perficit, corroborat, adiuuat, extollit ac euehit ad intuenda, consideranda, & cõtemplanda diuina, Dei amorem conciliat, liberum arbitrium mouet ac ordinat ad Deum, innocentiam vitęque puritatem custodit, pręparando voluntatem disponit ad bona bene operandum, & Deo fruendum, prębet facultatem merendi & obtinendi vitam ęternam uirtutes informat, abusus omnium rerum vitat. Deo gratam intellectualem creaturam efficit, conscientiam sanat, ad pænitentiã inducit, pænitentiæ dignos fructus producit, ad actus virtutum perducit, sacramenta suscipere facit, noxia cuncta repellit, peccata dimittit, ponit fidem, spem, charitatem in anima, miseretur, letificat, viuificat, ammissa, bona recuperat, naturam eleuat ad bonum supernaturale ex bonis operibus, promerẽdum, hominem ad Deum conuertendo sanctificat, deprauatos mores corrigit, vitam emendat, facit obedire diuinis monitis præceptis atq; consilijs non solum quo ad actum, uerum etiam quo admodũ agendi, facit etiam resurgere a peccatis, resipiscere a diaboli laqueis, vitate delicta, Deo viuere, & eidem inseparabiliter adhęrere, tentationes vincere, hostes profligare, atq; in bono vsq; in finem perseuerare, ordinem naturę lapsæ restaurat, a cunctis hostibus mentis & corporis protegit, ac tandem facultatem prebet assequendi vitam ęternam. A Dei gratia procedunt omnia bona, corporis & animę, intrinseca & extrinseca, naturalia, substantialia, accidentalia, cælestia, supernaturalia, & diuina, virtutes omnes, scientiæ, & artes, & opificia, & cuncta denique ordinata ad uitam humanam & ad vltimum finem felicitatis æternæ.

Caput Nonagesimum primum continens notiones Gloriæ.

1 Gloria est assecutio dotium animæ atq; corporis, quibus homines sempiterna diuinitate fruentur.

2 Gloria est societas angelorum & hominum, qui sui conditoris essentiam mundo corde ingenti semper gaudio contemplantur.

3 Gloria est regni cęlorum possessio in ecclesia triumphante diuinitus præparata.

4 Gloria est status patrię cælestis cui ex presentia summi boni impossibile est in esse aliquid mali.

5 Gloria est sempiterna salus confirmans & stabiliēs ordinem naturæ institutæ, destitutæ, ac per gratiam restitutę seu restauratæ.

6 Gloria est illuminatio mentis Deum perpetuo intuentis atq; amantis.

7 Gloria est forma finaliter intellectuali naturæ super addita, perficiens diuinitus totam capacitatem subiecti beandi.

8 Gloria est acceptum bonorū & benefactorum operum præmium diuinitus repromissum.

9 Gloria est claritas summi decoris pulchritudinem in æternum conseruans.

10 Gloria est benedictio & approbatio diuinæ maiestatis, ex bono gratiarum vsu insigniores beatificans creaturas.

11 Gloria est adeptio delectationis ęternę.

12 Affluentia omnium bonorum.

13 Amor diuinę laudis.

14 Aperta visio Dei.

15 Carentia cuiuslibet mali.

16 Excellentia in rebus diuinis.

17 Gra-

17 Gratia consumata,
18 Honoris diuini assecutio.
19 Immunitas a peccato.
20 Interminabilis vltimi finis fruitio.
21 Liberatio ab omni miseria.
22 Libertas a seruitute peccatorũ atq; corruptionis.
23 Manifestatio filiorum Dei.
24 Participatio hæreditatis diuinę.
25 Pręmium ex victoria tentationum adeptum.
26 Perfectionis dignitas in æternum tenenda.
27 Quietatio appetitus in Deo.
28 Remotio indigentiæ.
29 Terminus uię.
30 Vnio voluntatis creatæ ad increatam.
31 Gloria est excellentia summi boni per gratiam meritorum adepti.
32 Gloria est, dignitatis eximię celsitudo, qua supra naturę gradum a Deo homines extolluntur.
33 Gloria est effectus honoris & laudis quo aliquis in aliorum notitia clarus habetur.
34 Gloria est celebritas animi libertatẽ & decus eximium pręseferens.
35 Gloria est intuitus miserationis diuinę sanctificatos homines beatificans.
36 Gloria est eminentia dignitatis a Deo virtute meritorum gratia fauente collatæ.
37 Gloria est reformatio imaginis deformatæ facienda per plenitudinem lucis diuinitus mentibus creatis infusę.
38 Gloria est omniũ desiderabilium finis ac terminus in Deo tantum summa & interminabili delectatione quiescens.
39 Gloria est habitus animę inditus quo rationalis creatura Deo fruẽdo inseparabiliter sẽper ahheret
40 Gloria est adeptio felicitatis ęternę qua intellectuales creaturæ Dei formes efficiuntur.

Capus

Caput Nonageſimum Secundum con tinens notiones Dotis.

1 Dos eſt omne quod ſponſæ coniugij ratione prębetur.

2 Dos eſt facultatum donatio ad ſponſæ vitam connubij cauſa ſuſtentandam.

3 Dos eſt ſubſidium vitę in matrimonio peragendæ

4 Dos eſt diuitiarum collatio patris ad ſponſam ſignificans conformitatem naturarum & animorum mutuum conſenſum in ipſa perſonarum matrimonio coniunctarum diſtinctione.

5 Dos eſt exhibitio diuerſorum bonorum quibus anima & corpus a Deo perficitur ne homo ab actibus gloriæ retardetur.

6 Dos eſt munerum diuinorum receptio quibus humana mens ad ſpirituales ſui ſponſi amplexus indiſſolubiles introducitur.

7 Dos eſt bonorum affluētia qua diuinitus rationalis creatura ditata Deo immediate coniungitur, & tanquam vitæ ſuæ principio copulatur.

8 Dos eſt ſummi patris omnipotentis munus intellectuali creaturæ collatum ad poſſidendum, ob gloriam & honorem filij Dei & Saluatoris noſtri Ieſu Chriſti & Spiritus Sancti Amen.

9 Dos eſt poſſeſſio bonorum multorum ſponſæ aſpō ſo matrimonij cauſa largitorum.

10 Dos eſt præcipuum donum animam & corpus ad actus vitę glorioſe diſponens.

11 Dos eſt proprietas dominij rerum ſpōſę datarum vt felicius ſuo ſponſo conuiuat.

12 Dos eſt donorum beandis hominibus diuinitus largitorum poſſeſſio, vt decentius in gloriam transferantur.

Caput

Caput Nonagesimum Tertium continens notiones Animæ.

1 Anima est viuẽtis corporis forma subståtialis.
2 Anima est pars essentialis viuentis corporis naturalis dans illi omnes perfectiones essendi.
3 Anima est principium animalium dans illis esse & motum & operationem.
4 Anima est substantia formalis peractum primum dans esse corpori naturali organico potentia vitam habenti.
5 Anima est materialis corporis forma ob cuius præsentiam animalium vita penitus conseruatur.
6 Anima est perfectio substantialis corpus animatum informans, & ad conseruationem indiuidui semper inducens.
7 Anima est principium in brutis essendi viuendi vegetandi, mouendi, sentiendi, ac generandi, & in homine prçter hæc etiam intelligẽdi, atq; deliberãdi.
8 Anima est actualis forma, per varias potentias mẽbris differentibus tamquam organis vtens ad finem sibi proprium obtinendum.
9 Anima est separabilis forma composito naturali dans esse motum & vitam quam diu eidem per informationem assistit.
10 Anima est incorruptibilis forma substantialis humano corpori iã ꝑ generationẽ ꝓducto diuinitus ꝑ creationẽ infusa, ad sui laudẽ & gloriã cõditoris.
11 Anima est incorporea substãtia, & principium corpus humanũ viuificans ac perficiens, & communes totius conũcti, & sibi proprias operationes exercẽs
12 Anima est substãtia informãdo assistens humano corpori, quod debet ita rationabiliter ordinare ac regere, vt naturalẽ finẽ in uia, & supernaturalem in patria valeat in æternum efficaciter obtinere.

Caput

Caput Nonagesimum Quartum continens notiones Corporis.

1 Corpus est naturale compositum habens esse potentiale a materia & actualem existentiam a propria forma.

2 Corpus est substantia ex elementaribus partibus, & celestibus qualitatibus constituta.

3 Corpus est substantia actu existens sub determinata forma recepta, & habens potentiam ad aliam formam cuius habet priuationem & aptitudinem suscipiendam.

4 Corpus est materiale subiectum formarum accidentalium, & dimensionum omnium fundamentum.

5 Corpus est substantia sensibilis ex materia & forma composita.

6 Corpus est diuisibilis substantia respectu diuersorum habens potentiam actiuam & passiuam.

7 Corpus est subiectum cuiuscunque mutationis ac motus habens aptitudinem ad acquirendam aliquā perfectionem vel conseruandam.

8 Corpus est ens compositum ex substantia & accidentibus, & ex partibus similaribus vel dissimilaribus constans.

9 Corpus est materialis substantia recipiens esse, vel vitam, & motum ab anima informante.

10 Corpus est animę instrumentum uarijs membris distinctum quibus in esse subsistit & proprias operationes per vitam & motum exercet.

11 Corpus est substantia composita virtute seminali per generationem ab anima immediate ipsius essentiam perficiente dependens.

12 Corpus est corruptibilis substantia per uitalis animę informationē perficienda & conseruanda.

Caput Nonagesimum Quintum continens Notiones Hominis.

1 Homo est animal rationale operans propter aliquem finem.

2 Homo est naturale compositum exanima intellectiua, & corpore sensitiuo consistens.

3 homo est substantia ex ingenerabili diuinitus tamē producta forma corporeaq; materię mole connexa

4 Homo est animal ciuilem appetens societatem, ratione atq; consilio pollens.

5 Homo est epilogus operum diuinorum inter æternas corruptibilesq; substantias medium tenens.

6 Homo est ens corporeę & incorporeæ substantiae particeps diuinam sua mente imaginē representās

7 Homo est animal multiplici potentiarum animae, & membrorum corporis diuersitate compactum felicitatis vel miseriae capax.

8 Homo est animal sagax ad mūdum quo vti debet contemplandum productum,& prouidum ad Deū quo tantum frui debet pura semper mente colendum.

9 Homo est substantia animata sensitiua & intellectiua bonum vel malum eligens, & virtutes vel vitia sequens.

10 Homo est naturalium omnium rerum finis, ex ui rationis ad veritatem contemplandam diuina gratia opitulante productus.

11 Homo est omnium animantium princeps erectus ad cœlum intuendum,ac Deū toto corde amandū.

12 Homo est rationalis natura vel creatura, ex mente & corpore propter felicitatem obtinendam ad Dei gloriam honoremq; producta.

Caput Nonagesimum Sextum continens Primam Conclusionem Gloriæ.

HOmines per gloriam assequentur diuinitus pręcipuas animæ dotes, cum actibus ad eiusdem felicitatem spectantibus. Anima enim tanquã sponsa in gloriæ statu ditata vnietur per amorem filio Dei cui est spiritualiter desponsata a quo habebit.

1 Adhęsionem.
2 Visionem.
3 Dilectionem.
4 Comprehensionem.
5 Fruitionem.
6 Delectationem.
7 Quietationem & laudem.
8 Securitatem, qua sunt contenti beati.
9 Certitudinem, gaudij.
10 Continuationem mercedis.
11 Reformationem vel potius Dei formitatem
12 AEternitatem, & saturitatem absque nausea, & satietate.

Caput Nonagesimum Septimum continens Secundam Conclusionem Gloriæ.

HOmines beandi assequentur in patria dotes corporis gloriosi cum suis annexis. Dabit enim illis Deus.

1 Claritatem.

2 Subtilitatem.
3 Impassibilitatem.
4 Agilitatem.
5 Pulchritudinem.
6 Fortitudinem.
7 Libertatem.
8 Salutem.
9 Voluptatem.
10 Insenescibilitatem.
11 penetrabilitatem.
12 Spiritualitatem.

Caput Nonagesimum Octauum continens Tertiam conclusionem Gloriæ.

HOmines beati sempiterna per gloriam diuinitate fruentur.

1 q. ingenti amore semper Deo propter se adhærebunt.
2 q. in Deo tantum voluntas eorum continue delectata conquiescet.
3 q. assument eternum ex Deo gaudium in facultatem voluntatis.
4 q. nec se ipsos nec aliquid aliud magis diligent quam Deum.
5 q. inseparabiliter vnientur immenso suæ felicitatis obiecto.
6 q. possidebunt summam cuiuscunque boni perfectionem.
7 q. anima cum suis potentijs, viribus, habitibus, & actibus, sufficiēter perficietur & satiabitur ab ubertate domus Dei.
8 q. non videbunt Deum per speculum in ęnigmate

ſed facie ad faciem.

9 q. diurni denarij mercedem indeficientem accipiēt

10 q. diuinis omnibus delicijs ſemper affluent.

11 q. in ipſa Dei viſione atque amore ſibi inceſſanter mutuo complacebunt.

12 q. obiectum beatitudinis erit ſemper ſibi præſens, ob cuius retentionem perpetuo exultabunt.

Caput Nonageſimum Nonum continens Diſtinctiones Gloriæ.

Gloria diſtinguitur, quamuis vna tantummodo ſit ſecundum varias eiuſdem conſiderationes ratione obiecti vel ſubiecti, & cauſæ materialis, formalis, efficientis, vel finalis, principij, medij, ac termini, ſtatus, atq; conditionis, & ideo alia eſt Gloria Dei alia ſanctorum numinum ſeu angelorum alia piorum hominum quo ad animam & eius potentias vires, officia, & actus ab ea prouenientes, & quo ad corpus, & eius membra, motus, qualitates eidem in propria manſione conuenientes alia item eſt intrinſeca alia extrinſeca completa vel incompleta. Diſtinguitur quoque in communem & vniuerſalem vel in particularem & propriam, quo ad præmium ſubſtantiale ſeu accidentale, ſecundum magis & minus, in generali vel in ſpeciali, ſecundum excellentiam ſeu decentiam, ſecundum reformationem, renouationem, remunerationem, reparationem, reſtaurationem, beatificationem, ſecūdum ſufficientiam vel affluentiam, quo ad ſenſum vel quo ad intellectum quo ad dotes ſuperadditas animę vel corpori, & ſecundum varias beatorum manſiones in quibus, quicunque bene ad Dei ſummi honorem gratijs donorum, naturalium, & ſupernaturalium vſi fuerint in uia, in patria tandē bonitate Dei optimi maximi cum ęterna beatitudine perfruentur.

Caput Centesimum continens Proprietates & effectus Gloriæ.


GLoria a sanctis hominibus scientia diuina per Spiritum Sanctum repletis secundum varias suas proprietates dicitur, abundans, admiranda, eterna, altissimi, altitudinis, amplior, benedicta, beata, beati Dei, celestis, celestium, Christi, decoris, Dei, Dei Israel, diuitum, Domini, domus, dulcis, excellens, filiorum Dei, frequens, futura, gentis, gentium, grauis, habitantium Ierusalem, hominum, honoratorum, Iacob, Ierusalem, immortalis, inanis, incommutabilis, incomprehensibilis, indeficiens, ineffabilis, ingenij, iusti, laudabilis, libani, magna, magnifica, magnificentiæ, maiestatis, montium, multa, nominis, nota, omnimoda, omnis ostendens Deum, in se, Deum in nobis, nos in Deo, Deum in singulis creaturis & creaturas omnes in Deo, parentum parua, patris, perfecta personæ, plebis, plena, prima, quadrigarum, regni, regum, sanctitatis sanctorum, secura, sempiterna, seruata, solida, stellarum, sufficiens, summa, templi, tuta, vera, virtutis, viuificans, vnigeniti, vocis & vultus. Cognoscetur autem gloria per effectus beatificatis congruentes. Optatum enim finem consequentur postquam peruenerint ad terminum in quo Deo dante semper summo cum gaudio ac delectatione quiescent ac regnum illud hæreditabunt cuius non erit finis, coniungentur que obiecto suæ beatitudinis a quo mouetur ipsorum appetitus ad idem comprehendendum ac retinendum. Deus enim est susceptor, & gloria beandorum quos collocando a dextris suis exaltat, æternæq; uitę, prebet possessionē inammissibilē atq; completā. Quoniā autē vt refert d. Iohan. cap 17. generis humani redemptor exorans pro suis electis qui pie credituri erant in nomine eius suum patrem omnipo-

nipotentem dixit; hæc est vita æterna vt cognoscant te solum verum Deũ & quem misisti Iesum Christũ ideo, per habitũ gloriæ actualiter beati Deum intuentes, sempiterna sũmæ diuinitatis bonitate fruentur, diurniq; denarij mercedem suis sanctis operibus diuina gratia informatis partam penitus cõsequentur per assimilationẽ quandã ad bonitatẽ diuinam ad quam finis interior seu exterior hominis ordinatur, Nam intelligere, & velle non est primum volũtatis nec intellectus obiectum, sed actus vtriusq; potentiæ requisitus ad assecutionẽ vltimi finis, atq; obiecti cogniti, & amati in quo tandem voluntas in æternũ delectata conquiescit. Vnde sicut aliud est pecunia, & aliud possessio & vsus pecuniæ sic aliud est finis interior, & finis exterior, Homo enim beatitudine formaliter per gloiam adeptam & obiecto beatitudinis erit effectiue beatus, Tunc enim cognitũ erit in cognoscente & amatum ita perficiet amantem, vt æternis gaudijs facile perfruatur summa cũ delectatione que fere cõplet totã beatitudinis rationem, tanquam super addita seu superueniens visioni & amori, quibus quo ad vtranque partem essentialem beati, ac sancti homines Deo semper inseparabiliter adherebunt, cuius gratia saluati fuerũt, per fidem spem & charitatem in via, ut tandem diuinitus beatificarentur in patria. In actu enim intellectus practici consistit virtus, & in actu intellectus speculatiui est prima coniunctio hominis ad Deum, inactu vero voluntatis est vltima assecutio felicitatis humanæ, quã beandi consequi, & beati adeptam magnopere semper cupiunt retinere. Cum enim perfectius sit aliquam habere perfectionẽ & transfundere eã in alios, quam retinere illam tantum insemetipso, ideo Deus optimus maximus, illæ beatitudinis eos participes efficiet, qui fuerũt conformes imagini filij sui ac Redẽptoris nostri Iesu Christi. Beatitudo enim est finis ad quem omnia intelle

ctualis

ctualis naturę desideria referuntur ac diriguntur atq; idcirco sicut quando res naturalis peruenerit ad termi num cessat motus eius, ita voluntas cum habet quod quærit appetitus eius quiescit conuersus in amorem illus obiecti quo habito nihil aliud superet ex optandum nisi permanere tuto ac semper in bono iam habito & adepto.

Nã replebuntur beati omnibus bonis, & satiabũtur ab vbertate domus Dei, qui de torrẽte voluptatis suæ potabit eos, Benedicentur a verbo Dei, possidebunt Dei regnum a cõstitutione mundi sibi paratum, erũt socij angelorũ, cæli ciues, hæredes Dei, & cohęredes Christi, cui vna cum Patre & Spiritu Sancto sit Benedictio, & claritas, & sapientia, & gratiarum actio, laus, honor, virtus & gloria, & fortitudo, & potestas cum sua sanctissima genitrice, & omnibus numinibus atq; hominibus sanctis vbique, ac semper. Amen.



NO.

NOMENCLATIO
diuerſorum habituum, & actuum perficientium voluntatem vel intellectum Secundum Abecedarij ſeriem.

A

Abnegatio ſui ipſius
Abominatio flagitiorum.
Abſtinentia.
Acceleratio bene operandi.
Adoratio.
Aduocatio.
Aequanimitas
Aequitas.
Affabilitas.
Alacritas
Amicitia.
Amor virtutum.
Aſſiduitas.
Auſteritas.
Auxilium.

B

Beatitudo.
Beneficentia.
Beneuolentia.
Benignitas.
Bonitas.

C

Caſtitas.
Cautio
Charitas.
Circumſpectio.
Clementia.
Cogitatio.
Concordia.
Confeſſio.
Confidentia.
Conformitas voluntatis humanæ ad diuinam.
Conſideratio.
Conſortium.
Conſuetudo.
contemplatio.
Continentia.
Contritio.
Correctio.
Correptio.
Coſtodia cordis linguæ ac ſenſuum.

D

Deſiderium veri ac ſummi boni.
Deteſtatio vanitatum.
Deuotio.
Dignatio.
Diligentia.
Diſciplina.
Diſcretio.
Diſcurſus.
Diſcuſſio.

Do-

Per-

FINIS.



